UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Unio Divinæ Et Hvmanæ Domvs, id est, De Commodis Et Incommodis Matrimoniorum Inter Reges Et Principes Tractatus Historico-Politicus

**Del Bruggen, Walther**

**Antverpiæ, 1688**

[Text]

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38241**

Visual Library

# VNIO

## DIVINÆ ET HVMANÆ

# DOMVS.

Aius Iulius Cæsar, occupatâ quondam Republicâ Romanâ, vt partæ inuidiam dominationis leniret, specioso ab armis ad togam transitu, primus consilium cepit, quo pacto ius ciuile ex diffusâ legum copiâ posset ad modum redigi. Iustiniani prouidentiâ illustrior, quæ salutarem consilio effectum iunxit: animaduertens quippe optimus Princeps, nullum amplius æuo suo finem æqui & iuris supereſſe, sed vt flagitijs, ita legibus passim in orbe laborari; summâ industriâ superfluas, adnitente inprimis Theodorâ Augustâ, tanquam venenata forensis hydræ capita præscidit. Cætera autem inter iuris monumenta, quæ ad posteros transmisit, extat nobilissi-

mum illud Gordiani Imperatoris, qui
consulatu Attici & Prætextati in hæc ve
rescripsit, CONIVX SVSCIPITVR SOCIA HV
NÆ REI ET DIVINÆ DOMVS. Effatum
ni tam elegantiâ, quàm pietate plenum,
potiori iure aureo dignum charactere,
olim ambitiosa illa Senatusconsulta, c
Haterius Senator Romanus aureis in C
literis figenda censere non erubuit. Si e
orationis nitorem intueamur, nihil poli
si mentem, nihil excelsius proferri potest
ne vt oraculi instar ab Imperiali id solùm
mine rescribi fas fuerit. Magni est arti
paucis multa, maioris omnia modico co
plecti; & pulcherrimâ vnione coniugalis t
lami virtutes, velut in lucidissimâ crysta
repræsentare.

Quamuis autem DIVINA DOMVS, in
uersis Imperatorum legibus, pro Augusta
Imperiali sumatur; in hoc tamen Gord
rescripto Diuinam Domum propriè Hu
næ opponi arbitror, nihilque per eam a
designari, quàm sacrorum curam, cui Ro
ni olim Principes impensè addicti erant;

co

certè simulabant. Cùm enim ius rerum sacrarum Maiestatis ac reuerentiæ plenum foret, omnino existimabant è re esse idipsum Principatui vnire: vt sacrorum curâ profanis imperij solicitudinibus permixtâ, tanto venerabiliores fierent, eâque viâ sibi dominationem firmarent. Nam hic honor in firmamentum potentiæ assumebatur: idcirco sacrorum Præsides erant, & Pontificis dignitate fungebantur, solo ministerio cæteris flaminibus relicto, vt scirent, quibus hostijs, quibus diebus, ad quę templa sacra facienda essent, Quare meritò Senatus Populusque Romanus sui

*Risit ludibria trunci,*

dum Cæsar Vitellius Pontificatum adeptus, neglecto more consulendi, ipse omnis humani diuinique iuris expers, de cerimonijs publicis quintâ decimâ Kal. Augusti edixisset, antiquitùs infausto die Cremetensi Allienſique cladibus. Quid mirum? Pontifex erat, at sacrorum potius, Bacchi seu temulentiæ, cuius ceremonias indies paterâ libando, cyathosque sorbillando probè didicerat; in cæteris tantâ

torpedine offundebatur, vt si Pontificem eu
esse alij non meminissent, ipse obliuisce
tur.

Attentior Tiberius, qui nec vetera temp
instaurare, nec defunctorum quidem Prin
pum honori noua erigere se inconsulto pe
misit, & demum petentibus Hispanis con
cessit vt templum in Coloniâ Tarraconen
strueretur Augusto; quod dein Hadrianus Ta
racone hyemans sumptu suo restituit: na
Tiberius cunctas cerimonias templaque
Numinum simulacra iuris atque imperij Ro
mani fecerat. Ita sacrorum iura sibi seruando
maiestatem Principatus mirè auxit: & vt Ip
ciosiori scenâ singula adornaret, palàm diui
hanc iuris curam profiteri voluit, dum in fr
quenti Senatu sic prolocutum Tacitus refer
*Deos & Deas ipsas precor, vt mihi ad finem ips
vitæ quietam & intelligentem Humani Diuini
iuris mentem duint.* Piè sanè, si absque simul
tione, quam vnicè ex virtutibus suis amabat
hæc vota protulisset.

Et adeò tenaces erant Romani Imperato
res diuini eius iuris, vt sub auspicijs noui Prin
cipatus

cipatus inter alia imperij iura id ipsum renouaretur, vti liquet ex æneâ tabulâ in Laterani Basilicâ asseruatâ, cui, Vespasiano ad imperij clauum admoto, incisum est his verbis: *Vtique quæcunque ex vsu, Reipublicæ Maiestate, diuinarum humanarumque, publicarum priuatarumq; rerum esse censebit, ei agere, facere, ius potestasq; sit ita, vti Iulio Cæsari Augusto, Diuo Augusto, Tiberio, Claudioque Cæsari Augusto fuit.* quamobrem Domitianus Imperium adeptus Ioui Custodi templum ingens, seque in sinu Dei sacrauit. Sed hæc obtinebant, cùm fidei Christianæ nomen adhuc incognitum aut certè inuisum esset. Nam licet Constantinus, Constantius, Valentinianus & Valens Romani Imperatores, Christianam amplexi fidem, se Pontifices maximos adhuc appellari siuerint; tamen postea Cæsar Gratianus id, proposito edicto, teste Zosimo, vetuit, atque ita eius Sacerdotij dignitas in Cæsaribus defecit.

Eâdem Principum Romanorum prouidentiâ olim cautum erat, nemini ciuium noua aut priuata sacra habere liceret, *separatim ne-*

*mo sit habens Deos: nouos seu aduenas, nisi pu*
*cè adscitos, priuatim colunto: Diuos, qui cæ*
*semper habiti, colunto: constructa à Patri*
*delubra habento.* Id enim videbatur Princi
bus formidolosum, & ad coniurationem p
tiùs quàm Religionem pertinere. Nec imm
ritò, quia superstitioni vicina res erat, cau
adhibebatur. Facilius quippe est superstiti
nem non admittere, quàm admissam mo
rari: cùm labes sit talis, vt si semel irrupe
per omnium animos facilè serpat, nec r
dein, nec excludi possit. Est autẽ eò pernic
sior, quòd specie pietatis animis illabitur:
reuera colendo violat, quem violando co
Quæ autem speranda Regnorum securita
nec Deo parcitur? Summum igitur Princ
tui à superstitione periculum imminet: q
Deum infestat. Imperij sphæræ turban
primo mobili turbato; & motus mutatur
motorem mutas. Innoua Deum, innoua
Principem; quia à Deo principatum ten

Idcircò Principes summâ vigilantiâ iuris
uini tutelam moderabantur: noua & prin
sacra arcebant, vt seditiones arcerent.

Et

Erga ceteros id erat cura Dominationis, erga coniugem amor Religionis, vt arcano olim in nuptijs symbolo venustè Romani expressêre: nam ita tum mos ferebat, vt coniuges aquâ & igni acciperentur:

*Iunxerunt elementa Patres, aptumque putarunt*
*Ignibus & sparsâ tingere corpus aquâ.*

Hoc pacto sociabantur elementa, vt sociarent: ignis aquæ, aqua igni iungebatur, velut Humana res Diuinæ: his elementis, tanquam fœdere, coniugia sanciebantur: nec vlli sine ijs iusti amores erant. Sol coniugij Religio est: tolle hunc solem, coniugium vmbra erit: & hoc nomine tantum felix, quod vmbra etiam sine sole manet. Enimvero cum eorumdem socia sacrorum coniux adsciscitur, consortium initur omnis vitæ, Diuinum Humanumque ius communicatur. Et sane probè vniuntur, quæ separata nec robur nec vires habent. Humana domus Diuinâ stabilitur: hoc nobili fulcro subnixa, tam finem nescit quàm fulcrum ipsum: perennis igitur; quia perenni stabilimento secura, ex Diuinâ domo immor-

immortalitatem mutuatur.

Id cauſlæ eſt, cur Auſtriaci Romanor
Imperatores, & eos inter Auguſtiſſimus C
ſar Leopoldus, nunc feliciter imperans, in p
pinquâ ſemper Regiarum ſolicitudinum p
te duxerit, non aliam Humanæ Domus
ciam adſciſcere, quàm quæ Diuinæ etiam
cia foret. Sic Pater Ferdinandus III glori
memoriæ, celſiſſimam Infantem Mariam
ſpanam primam delegit coniugem: cuius
uentis animus, vti ſublime Chriſtianarum
tutum domicilium, vniuerſis Europæ Reg
enituit, ita defunctę gloriam virtus cælo re
pta perennem fecit. Viuere voluit opti
Princeps, ſed cum Cæſare: mori, ſed ante
ſarem; vt amorem etiam moriendo teſta
tur. Dein Cæſarij thalami fecit conſortem
reniſſimam Principem Oenipontanam, &
mum Mantuanam, vtraſq; Diuinę Domus
cias. Poſtquam autem pientiſſimus Cęſar
eſt functus, erepto prius ex orbis huius
cellis Ferdinando filio Romanorum Reg
paternorum deſtinato Regnorum herede
aliud mœſtiſſimo Fratri Leopoldo magis

di fuit, quàm vt solatia caperet fortiora ex complexu Regnorum, ijsque augustam adsciscendo coniugem, Humanæ Diuinæq; domus sociam, de bono successore maturè prospiceret: in Principe enim vna itemque certissima beatitudinis spes est BONVS SVCCESSOR. Optimo sanè inter pietatem & Regium decus temperamento, sentire doloris acrimoniam & mitigare: nouo consilio nouum summę heredem potentiæ Regiam intra Domum quærendo. Nam firma demum Principatus munimenta haud sunt legiones, haud classes, sed liberi: his regnum stabilitur, vt nauis in mari anchoris. Vnde verè Tragicus,

τέγαννοι παῖδες ἔρημα δώμασι.

*Munimen aulæ Regij sunt liberi.*

quippe ab his regno est columen, Patri maiestas. Quod in animum inducens Alexander Macedo, in tantâ Dominationis amplitudine, detectis Parmenionis insidijs exercitui conquestus, inquit: *Orbitas mea, quod sine liberis sum, spernitur*; quippe faciebat

*Trunco non frondibus vmbram.*

Planè Romani Principes, vt in veneratione

Augusti nominis & obsequio socios subdit
que continerent, ac obtentam dominat
nem tot inter coniuratorum procellas ser
rent, & ad posteros securè transmitteret
summâ prouidentiâ eò sunt adnisi, vt exi
ret Augusta in Domo successor, qui Prin
patum tuendo, famam nomenque Cæsar
tueretur. Hunc si natura Domum intra
gabat, aut datum fata ademerant, trahebat
in remedium adoptio, vt ea fulciretur defe
Domus. Ita naturam æmulati filium,
aliàs fortuito generatus non vltra æstima
pleno iudicio & consilio cooptabant, h
demque faciebant sacrorum nominis bo
rum omnisque iuris.

Quæ licet passim obtinerent, euentur
men non semel palam fecit, filios, vt mut
dæ, ita frequenter concutiendæ Dominat
causam præbuisse. Quid enim si nascebat
filius Patri annis graui? is magnæ haud du
tranquillitatis pignus, magnum præsidi
erat. At natus iuueni, ancipitem potiùs, qu
firmum Patris reddebat statum: quippe a
lescebat vt filius, & mox adultus, non in fi

sed fratris se loco haberi volebat; in principibus enim ambitiosis non tam ortus quàm ætas à fratre filium secernit: haud Patrem colebat, quòd multa adepturus; sed oderat, quod non adipiscereturtur: graues Patris annos, quantumque ijs additur, tantum sibi decedere ratus

*Filius ante diem patrios inquirit in annos.*

Proinde cum mellitissimi sit saporis Dominatio, eueniebat, vt eam detineri ægrè ferret, & solus rerum potiri, summumque illud purpuræ decus præcerptum præfloratumque ad se transmitti cuperet; malens cibum sedandæ Dominationis fami è flammâ capere, quàm in secutâ Patris morte, suetâ viâ, Ordinum oblequijs & votiuo populi applausu nanciscendi Principatus culmen expectare. Cùm enim pietatem prostrauerat ambitio, nullum vltra facinus graue videbatur: & ideo Dominantibus inuisus plerumque erat, quisquis proximus destinaretur: nemo enim alteri libens Imperij habenas permittebat, quin potiùs semetipsum potentiæ & Dominationis scribebat hæredem. Idcirco Tiberius identi-

dem felicem vocabat Priamum Troiæ l
gem, quod ſuperſtes omnium ſuorum ex
ſet. Et ante Tiberium Auguſtus Cæſar, c
roquin moderatioris ingenij Princeps,
làm incurrit in hanc Dominationis cup
nem: cùm enim circa Imperij initia tam
culoſo conflictaretur morbo, vt de eius
ſim vitâ medici deſperarent, quamprim
Magiſtratus & vrbis primores acciri i
vt cum iis de rebus Imperij ſupremùm c
municaret: & licet ſpes omnium eò di
rentur fore, vt Claudium Marcellum, ex
rore nepotem, Imperij ſucceſſorem nu
paret: ipſe tamen, in præſenti fruſtratis
nibus, neminem deſignauit: dumtaxat Ph
Cõſuli in manum dedit breuiarium redit
Imperij, quantum etiam pecuniæ in æra
fiſcis & vectigalium reſiduis eſſet: annul
autem obſignandis litteris adhiberi ſol
genero Agrippæ, fido militiæ & vict
rum comiti tradidit. Tam arctè fixus a
Dominationem erat animus eius clauo
bitionis; vt nequidem ſupremum præ c
lis diem cernens, æſtum dominandi, mo
ratio

ratione animi mitigare posset.

At bonos Principes filiosque ambitio huiusmodi non vrit: procul tales ab ijs spinæ sentesque morum. Nam Pater filium affectu, hic Patrem obsequio colit. Huius illustrissimum orbi dedit exemplum Carolus V glorioſissimus Romanorum Imperator, qui Dei ac æternitatis, cui vixerat, memor, post partas tot inclytas victorias se ipsum extremò vicit. Enimuerò toties triumphum egerat, vt haud amplius, nisi de semetipso triumphare posset: quippè norat vbi vera Principis, vbi sempiterna gloria esset. Et idcirco sacrum Romani Imperij Diadema augusto detrahens vertici, Germano id fratri Ferdinando, & Hispaniæ Regnorum coronam vnico Gnato Philippo, Hispanorum Monarcharum Progenitori, imposuit: angustum augusto reputans animo, quidquid æternum haud esset, quidquid humanæ meta potentiæ terminaret. Deinde optimus Pater prudentem filium monuit his verbis, *La cosa que mas entretiene a los vassallos y subditos, de qualquier nacion que sean, en la fidelidad de sus Señores, es ver que tienen*

*hijos en que consiste la firmeza de los Esta*
nam ita cum humanis agitur rebus, vt no
priùs agnatorum aut ambitiosa Procer
subsidant vota, quàm sit destinatus Reg
successor: tum enim infringuntur prauæ ali
rum spes, & subsidunt æmulantium ani
qui inuicem ante conflictabantur.

Quamobrem Augustissimus Imperat
Leopoldus, Imperij, Regnorum Hungariæ
Bohemiæ ac Archiducatus Austriæ inco
mitatem sollicitè perpendens, vt eorumde
securitati & Augustæ Domus tot sceptris
nixæ firmamento consuleret, salutari consi
velut optimo principalis matrimonij instr
mento & æternante in Hispano Austriac
stirpem affectu, Serenissimam Infantem Ma
garitam, Catholici Hispaniarum Monarch
Philippi quarti, glorioſæ memoriæ, & Se
nissimæ Reginæ Mariæ Annæ filiam, spl
dens regiarum virtutum & gratiarum dec
Augustam sibi dilegit Coniugem: Cæsar A
striacus Infantem Austriacam, Princeps sac
Principem sacram, pleno amore in stabi
mentum sceptri adsciuit: socia Humanæ D
ma

mus ſuſcepta, quia Diuinæ erat. Ara Cæſaris venuſta quidem: at venuſtior hac nouâ Margaritâ, in quâ potentiſſima Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæque Regna & Auſtria, fide æternâ,

*Iam viuam ſpeciem magnæ virtutis adorant:*

Virtutis, inquam, cuius decora magnitudinis, nõ niſi Germani orbis Coronâ cingi potuiſſe palam eſt: quæ enim alia, tot Sereniſſimæ Infantis dotibus; tot gratiis cælitùs auguſtoque Parentum ſanguine infuſis pro dignitate & merito decorandis, par fuiſſet? Vna, vna Germani orbis Corona, Maieſtate ęternâ, ſupremi numinis prouidentiâ, tam excelſo fuit deſtinata fini. Solum optima Princeps digna, cuius in caſtiſſimo ſinu Cæſar Romanus orbis curas tranquillet: ſolum dignus, qui tanti Patris vnicam ex ſecundâ coniuge gnatam, Hiſpani genij delicium, ſpirans Regiæ Maieſtatis ſimulacrum, Cæſareo foueat amplexu.

Diuino ſic viſum Numini, vt Sereniſſima Princeps Auſtriacam indolem, quam à Germanâ matre infans hauſit, pubes Germano Cæſari dono ferret. Quod autem auguſtius

doni

doni genus, quàm cum ipsa Cæsari præmi
est Princeps, Cæsar principi. Datum opti
Cæsari inclytum munus, non quidem seri
at paulò tardius, quàm tanta curarum mo
& indefessa Cæsarei animi virtus exigeret
parum interest quando cœperit, quod n
quam desinet : quippè auspicatissimo h
coniugio

*Nec metas rerum Numen, nec tempora p*
*Imperium sine fine dedit.*

Arcana cæli prouidentia orbi palam feci
petito in Patre & filio illustri exemplo pro
gandæ Cęlareæ stirpi, Hispanæ Domus fili
destinatam, ex quâ auitum solium prole
metur : prole quæ patrisset ac matrisset, id
in fronte ac pectore sacram parentum m
statem gerat. Dabit, dabit porrò Sereniss
Infans Austriacæ fœcunditatis experi
tum, vt Augusti Cæsaris nunc coniug
futura dicant sæcula Augustam matrem.
num herclè omnium nostrum est votum
lus Cæsaris, Augustæ, Regnorum, & He
Vnum hoc datum olim Cæsari Claudio o
namur oraculum,

Reg

*Regnabunt etenim tui minores,*
*Et Reges facient ſuos minores.*

Hæc ſpes Populi eſt Germani, ſpes publica, ſpes Auguſta. Audiet Deus, audiet Sacra Virgo, audiet Diuus Leopoldus, Auſtriæ tutor poſt DEVM fidiſſimus, tam pia, tam æqua animi vota. Non noſtræ tantùm mentis hæc ſenſa, hæ preces ſunt: ſed publicæ ſalutis, publici boni. Non illud optamus, vt noſtris annuant votis Principes: ſed vt DEVS, quemadmodùm Principes. Annuit, & annuet. Cæſar enim Infantem candidè amat: Infans Cæſarem. Ita pulcherrimo pacto ſub amore virtus, ſub virtute amor fouetur: qui Humanæ Diuinæque Domus communione, tanquam adamantino nixus fulcro, occaſum haud nouit.

Quippe inita eſt ſocietas coniugij, non Imperij; religionis, non Dominationis. Candidiſſimum coniugis animum nulla vnquàm ambitio ſubijt. Haud ea coronam ambijt, ſed eam corona; priùs diadema meruit, quàm ſumpſit. Excelſa virtus, non blanda conciliatrix fortuna, Germano eam ſolio deſtinauit. Auguſtæ faſtigium ambijt, non vim Principatus:

patus: hæc lubrica & anceps, illud secur
& perenne; eaque ambitio ad virtutem m
gis, quàm vitium inclinat: optimi quip
mortalium altissima expetunt, ijsque glo
cupido nouissima adimitur.

Quinimo Infans Catholica, si candi
eius animum propiùs intuemur, nec Au
stæ culmen, nec potentiam ambit: & vtu
que tamẽ sponte eam sequitur, vt dies luc
Nobismet dominationis arcanis, sed ip
ei insinuant. Lunæ instar, quæ longiùs à
recedens, clarius orbi lumen exhibet: m
propinquans, minorem lucem diffundit. C
cta mortalium desideria excessum norun
lus amor vt plurimùm ignorat. Regin
tentiam Principi paremambiens excedi
morem nequaquàm. Angelus dum soliu
tissimi solio æquare conaretur, corruit:
lapsus foret, si ad Diuini amoris paritate
rasset, summæ exemplum virtutis æmula
Quod pulchrius cæli munus quàm Imp
ratrix, ad Cęsareiamoris, non potentiæ ac
litatem aspirans? Ea in summo amore m
mam quærens potentiam, maximam rep

enimuerò lumen suo refundens Soli potentiam obtinet, quam non ambit. Augusta Princeps excelsæ Maiestatis gloriâ, velut repositofruitur thesauro: omnia agit vt imperium mereatur, nihil tamen agit vt imperet: nihil optima Princeps ex sublimi imperantis fastigio aliud vindicat, quàm sibi gaudium, Regnis heredem; prouidenter iter ad gloriam instruens, vt mater in liberis æterna sit. Ita dum nullo ambitionis confinio virtutes suas contaminari sinit, nunquam ex gratiarum domicilio prodit, quin gratiam promat; dum Cęsar Sereniſſimam eius faciem amore purpuratam, non cupiditate purpuriſſatam colit; & in Regiâ illius mente, sui ipsius mentem contemplatur, quam in ea amor decorè sculpsit. Proinde nihil aliud candidiſſimis coniugum animis proprium relinquitur, quàm nuda virtus: hæc sa agit, vt omnia facta Augusta Cęsari, Cęsar Augustę sanctiſſimis moribus probet, & amorem hoc in honoris amphiteatro perennet. Ita euenit vt in Diuina Humanaq; Domo Augusti coniuges ambo consilium cordis vnius habeant, & vterq; mentem duorum.

At ſocietas coniugalis,non ob amorem
dominationem inita,eumdem ſimulati am
ris & obtentæ dominationis finem hab
cultus Reginæ aut Matri exhibitus, ſi Re
Maieſtatem auget, Regem delectat: ſi imm
nuit, grauat. Honores & obſequia facile
lerantur,& plerumque vt inania tranſmitt
tur, modò dominationi imperantis non
trahant: hanc ſi delibent, vix vllius do
nantium animus ita amore coniugali autu
terno ineſcatur, quin idipſum perſentiſca

Quamobrem Tiberius ægrè ferebat pa
tem Liuiam,æquas ſibi potentiæ partes
dicantem,eamq; dominationis ſociam aſ
nabatur, licet ipſa dominatio donum ma
eſſet. Quamuis enim in matrimonio hab
Iuliam,vnicam Auguſti filiam; tamen qui
eâ priuigni Lucius & Caius ſupererant,
Iulia Tiberium vt imparem ſperneret, cer
adipiſcendi imperij inſtrumentum matr
vitrico Auguſto nuptam, quàm coniug
ratus,Rhodum ſeceſſerat: nec inde Rom
redijt, quàm gnarus priuignos Liuiæ dol
medio tollendos. Congreſſum etiam a

duum & longiores secretioresque matris sermones datâ operâ vitauit, ne consilijs eius regi videretur, indeque Populus ansam captaret se regendo imparem ex matris societate arguere. Tulit etiã perindignè actum à Senatu, vt titulis suis, quasi Augusti, ita & Liuiæ filius adijceretur: quare non parentem patriæ appellari, non vllum insignem honorem recipere publicè passus est. Sed & frequenter admonuit, maioribus nec fœminę conuenientibus, negotijs abstineret; præcipuè vt animaduertit incendio iuxta Ædem Vestæ & ipsam interueniisse, populumque & milites, quò enixiùs opem ferrent adhortatam, sicut sub marito solita esset: rebatur enim imminutionem fore Maiestatis per ius Imperij communicatum. Et altiùs sensit Tiberius, cùm audijsset Agrippinam Germanici coniugem munia Ducis obire, vestem & fomenta saucijs largiri, laudes & grates reuersis legionibus è falso rumore perlatâ clade habere, non enim simplices eæ curæ.

Quò incautior Claudius Cæsar, flagranti Agrippinæ coniugis ambitione non parum à

scopò tuendæ dominationis aberrauit; du
eam, auratâ chlamide conspicuam, prælio n
uali inter lacum Fucinum amnemque Lyr
adornato simul præsidere, dein nouo & in
lito more signis etiam Romanis præsident
à Caractaco Britannorum regulo incolumi
te donato, ijsdem, quibus se, laudibus grat
que venerari sineret. Exinde enim mai
paulatim Agrippina struere animo cœp
& omni industriâ adnisa Neronem Brita
co, Claudij ex Messallinâ filio, iam per ad
tionem æquatum, in adipiscendo imperio
ferre: idcircò tandem maritum patruum
to tabidoque veneno soporatum, miserè
stinxit.

At Nero, Tiberij insistens vestigiis, eam
minationis auidissimam, perpetuò inui
habuit, cum parti à maioribus regni se
ciam ferret. Acerbum ei, quòd matrem c
ctis dominationis cupidinibus æstuare no
& coram viderat, legatis Armeniorum ca
sam gentis apud se orantibus, ascendere se
gestum & præsidere simul eam parasse; fec
fetque, nisi cæteris rei insolentiâ perculsis

neca Neronem admonuisset, vt venienti matri honoris specie obuiàm procederet. Ita ascititia pietas immoderatæ ambitioni tum medela fuit. Quare ne huiusmodi Senecæ sagacitate ipsa aliàs circumueniretur, satis pro imperio, è Senatu Patres in Palatium vocari iussit, vt eorum consilijs illic adstaret: velo tamen discreta, quod visum arceret, aditus non adimeret. Eo pacto corpus velabat, animum ambitionis plenum nudabat: præsens esse volens & absens haberi, ne libertatem decernentium, quam re ipsâ labefactabat, labefactare videretur. Quæ licet Neronis animum altè penetrarent; hactenus tamen dissimulabantur: quippe vnicum ad eum diem exemplum erat Agrippina, quæ Imperatoris Romani filia, soror, coniux, denique mater extiterat. Dissimulationem huic malo Nero adhibebat; non obliuionem: quia accipere à matre imperium, tolerare sociam non potuit. Ita quæ sunt apud priuatos semina charitatis, sæpe fomenta sunt odiorum apud dominantes. Eo passim nati ingenio Principes, vt iniurias marmori, beneficia arenæ inscribant:

bant: eò vsque læta sunt, dum videntur b
neficiis posse librari: vbi non ampliùs sui p
tium admittunt, transit in rancorem be
uolentia, in odium gratia. Proinde cùm
glorium existiment non reddere benefi
malunt non esse cui reddant: quasi grau
ijs futurus esset violati pudor beneficij, qu
benefactoris: quod in primis tamen in par
generosi animi principibus locum habet.
sanè si beneficium tanti est ponderis, vtc
pensari haud aliter possit, quàm cum acc
beneficij iacturâ, aut fastigij principalis
minutione, quid aget Princeps vt ingrati
tam effugiat? & quo pacto id compens
quod compensari nequit? An quidpiam
maiestatem suam & coronæ decus admi
haud quaquam. Nam famæ, liberrimæ f
cipum iudici, præ cæteris consulendum,
que præcipua rerum attentè dirigenda,
semper illibata, semper incolumis maie
perennet. Flexu igitur hic quodam opus
prudentiæ erit paululum à iustitiæ tramite
flectere, licet quampiam iniqui speciem pr
ferat, modò publicâ vtilitate rependatur.

Ver

Verùm si accuratius Romanorũ Principum statum ponderamus, non temerè plus æquo animum in curam dominationis intendisse videntur; dum matris, coniugis, imo & filiorum facta suspecta reputarunt, cum proprio velut sanguine dimicantes: cùm enim se passim tyrannide contaminarent; in nemine fidem sperabant, quam ipsi violarant; successorem timebant quisquis esset dignior, cumque nemo non dignior foret, omnes timebantur. More autem fit vt formido & timor scandat eòdem, quò tyrannus: quippe,

*Vile sui pretium norit cum sanguinis esse,*

etiam ab intimis se peti arbitratur, & animo semper velut arcu intento omnium ora manusque obseruat: adeò vt non propinquos tantum, sed (quod maligniſſimum est sollicitudinis genus) ipse se custodiat, suamque vmbram metuat. Vbi enim clementia in vinculis est, metus dominatur: & tela quæ in aliorum vitam fortunasq; tyrannus librat, in se retortum iri timet. Et idcircò Romani Principes, nondum iactis solidis dominationis suæ fundamentis, potentiæ anxij; suspicionibus assi-

duè infestabantur, quæ in consilijs eorum primum semper locum tenebant; aut ce velut in insidijs succenturiatæ erant. Ita T berius, nondum potentiæ securus, & in n Monarchiâ, vbi sensus Maiestatis teneri Augustæ celsitudinem in diminutionem accipiens; ne lictorem quidem ei decerni sus est, aramque adoptionis & alia huiusm vetuit: præterquàm quòd Augustæ adora mos nullus erat. Egregijs etiam filiorum stis inuidebat: quia nimiâ ciuilitate, aut b câ eorundem gloriâ angebatur. Germa sanè ex fratre Druso Nepoti vsque adeo trectauit, vt & præclara facta eius pro sup uacuis eleuaret, & glorioſissimas victo ceu damnosas Populo Romano increpa quòd verò Alexandriam Ægypti adi contra instituta Augusti, spontè non i Principis, grauiter in Senatu questus est. tamen id minùs Tiberio vitio vertendum sola trimi filioli pulchritudo & in loquen audacia, quodque nihil eorum metueret q ceteri pueri solent, anxerit Carolum V. Galliarum Regem: qui ex venustissimi

decore, indolem & mores; ex moribus, famam filij potentiamque auguratus, verebatur maiestatem suam per eum aliquando obumbratum iri, eoque leuiùs mortem illius tulit: velut Tiberius Drusi, quem statim à funere ad negotiorum consuetudinem redijsse, iustitio longiore inhibito, refert Tacitus.

Id præcipuum esse solet anxietatis alimentum in domibus Principum, plus æquo ambitiosorum: adeò vt præfati Caroli Pater Lodoicus XI, morbo correptus, se Plessiacæ arci munitissimæ & vnà secum perpetem insidiarum metum includens, Annam filiam, quæ virtutibus suis omnem facilè elidebat suspicionem, suspectam habuerit: & Petrum Borbonium, dein Boiorum Regulum, Annæ virum, prudentem ac moderatum Principem, à deductione Legatorum Burgundicorum reducem, inter amplexus per stipatorum Præfectum scrutari iusserit, num veste arma tegeret: Filium autem Carolum Delphinum, à procerum frequentiâ pridem remotum, Ambasiam velut deportârat, ne eo ad res nouas contra se moliendas abuterentur. Probè enim

minerat,anno ſe ætatis ſeptimo decimo,com-
municato cum Borbonio alijſque nonnul
conſilio, regni gubernationem Carolo Pa
eripere tentaſſe: dein Carlottam Ludoici S
baudiæ Ducis filiam ſine patris conſenſu d
xiſſe vxorem, mortuá priore coniuge Scot
Regis filiâ. Idē ne ſibi eueniret metuens,nul
pene procerum ad filium permiſit aditū,qu
ex induſtria Ambaſiæ inter infimæ ſortis h
mines educari curabat;donec tādem vrge
valetudine ac ſupremâ adductus neceſſita
ne morte preuentus vnici gnati conſpe
perpetuum priuaretur, ſub Octobrem an
milleſimi quadringenteſimi octogeſimite
eum ad ſe accerſiuit,& præclaris docume
teſte Belcario ſupremum affatus eſt.

Quanquam verò nimiam illam de filio
fidentiam, Chriſtianiſſimo Rege indigu
fuiſſe, prudentiorum nonnulli exiſtimari
haud tamen omninò improbandum, qu
odioſum ſe nobilitati & populo cernens,li
rum proceribus ad filium aditum præcluſe
vt eo pacto exulceratis ac ſeditioſis nonnul
rum animis ducem caputque inteſtinæ

ctioni regendæ auferret. Probè sciens, cessante licet subditorum odio, hanc esse aulæ conditionem, vt orientem libentiùs solem, quàm occidentem intueatur: velut Tiberius Neroni exprobrauit, occidẽtem abeo deseri, orientem spectari: quod tamen ijs passim est proceribus familiare, qui supremis dignitatum honoribus nondum adeptis sperant fore, vt cum oriente & ipsi magis oriantur. Quippe affectu & beneficijs irrorari à iuuene Principe, suaue putant; nec animaduertunt frequenter eiusmodi beneficia, vt rorem, oriente sensim sole, absumi; beneuolentiæ radijs eò transmissis, vnde liberior gratiorque cupidini eorum aura spirat.

Sed nec in vicariâ dominatione tuendâ hi mentis æstus cessant. Qui moderante Belgium Alexandro Parmæ & Placentiæ Duce illic vixêre, memoriæ proditum reliquerunt, quàm profundè magni illius Herois animum sauciauerit, cum prudentissimi Regis Philippi secundi arbitrio, Margarita, Caroli V naturâ filia, iterum Belgij moderamen capessitura, ei socia; &, quia mater, plusquàm socia adiungeretur.

geretur. Nam licet eo ſemper amore obſe-
uantiâq; Sereniſſimam parentem vnicus ip-
complexus fuerit, vt arctiùs complecti ha-
poſſet, dum eam præſentem in oculis, abſe-
tem ſemper in corde ferret; ipſeque viciſſ-
optimæ matris in ſe affectum & benigni-
tem nunquam claudi ſenſerit: præterqu-
quòd ab Hiſpaniâ ita moderata res erat,
mater ciuili, filius bellico regimini præſ-
eoque pacto ſua cuique auctoritas conſta-
Attamen quia facilè præuidebat Margarita
vti Gubernatricis titulo nouiſſimè inſig-
tam, primas ſibi in Præfecturâ vindicatu-
ſeque debitæ venerationis ergo, matri c-
Regiis mandatis venienti non poſſe non
ſces ſubmittere: maluit è Belgio diſceſſu-
eidem vniuerſum; quàm illic manſurus, p-
tem cedere. Quippe Regi vtile, ſibi decor-
ratus, nihil retinere ex eo, cuius omnino
pertem ſe mallet; aut ſi Belgio excedendi
pia non fieret, ſe potius vt gregarium &
ſtatum ſub matre militem; quàm vt armor-
ducem ſub Rege, ſtante bipartiti imperij
creto, meriturum. Quæ vbi in Hiſpani-

sunt nuntiata, tam obturatis auribus percepta fuêre, vt Rex primâ fronte ne transuersum quidem vnguem à decreto semel consilio decedere velle videretur, hac animi firmitate pondus consilio additurus: donec ablegato in Lusitaniam (vbi tum Rex agebat) Adriano Gomicortio, vt discedendi è Belgio facultatem Alexandro procuraret; submissíque ipsiusmet matris litteris, Regem enixè precantis, dignaretur Belgij præfecturam, se oneri exemptâ, in pristino relinquere statu: immobilis tamen Philippi animus, si non expugnari, saltem eò pedetentim molliri cœptus est, vt mutato speciosè Gubernatricis titulo, Margaritam ab alienatis subditis, quibus sanior mens reditura esset, in Belgio vicinam clementiæ aram subsistere iusserit, ne ad serendos rumores vanaque iudiciâ, vulgus, spontè ad talia, pronum, proniorem faceret præfestinato Margaritæ discessu, quem passim omnes matris filijque mutuis dissidijs haud dubiè adscripturi essent. Verùm cùm supplices nulli aut rarissimi inuenirentur, infectis vtique semel seditionis veneno

neno animis, & idcirco in arma intenti
nulli propè aut raro vsui fuit tam piè dest
nata clementiæ ara. Quare Margarita, hau
operæ pretium rata diutius in Belgio mora
exacto illic triennio, Gubernatricis ven
nomine, quàm re potita, in Italiam redi
vacuo Belgij theatro glorioſæ Alexandri vi
tuti relicto; in quo fortiſſimi prudentiſſim
que dein Imperatoris munia egregiè funct
orbi palàm fecit, non propriam ſolùm d
minationem, ſed & vicariam ſeu demand
tam, penitùs riualem faſtidire; eamque (co
tri inſtar, quod naturâ eſt indiuiduum) di
nequaquàm ferre.

Ex præfatâ etiam Romanorum Princip
ſagacitate procedere autumo; quod ſcrip
Vlpianus lib. xiii ad legem Iuliam & Papia
*Princeps legibus ſolutus eſt: Auguſta autem
cet legibus ſoluta non eſt, Principes tamen ea
illi priuilegia tribuunt, quæ ipſi habent.* Infin
quippe Iuriſconſultus, priuilegia quæd
Auguſtæ conceſſa, non tamen ea quæ ad
imperii pertinent, ne vis Principatus reſol
retur, dum pluribus communicatur. Hinc

qu

quod Augusta non habeat ius vitæ & necis, aut potestatem condendæ vel abrogandæ legis; nec comitia indicere, monetam cudere, sententiam ferre, legatos mittere aut recipere; nec bella decernere aut pacem inire possit. Imò nec sibi testamento relictum, si mortem oppetat antequam dies legati cedat, ad successorem transmittit: quod tamen in Augusto secus. Nam quod Principi relictum, si antequam dies legati cedat ab hominibus eripiatur, successori eius debetur, vt constitutione Antonini cautum testatur idem Vlpianus. Decidendi rationem existimo, quòd cùm Princeps in Principatu viâ hereditariâ aut electionis directè successorem habeat; legatum Principi debeat videri relictum, non tam intuitu sui quàm dignitatis, quæ nunquam emoritur: Principes enim mortales, Principatus æternus. Cessat hæc ratio in Augustâ: non enim Augusta succedit directò Augustæ, vt Princeps Principi, vel Augustus Augusto; sed proxenetâ amore in thalamum imperialem adscitur, vt socia fiat Humanæ & Diuinæ Domus; proinde demum

dignitas Augustæ per thalamum initiata, p
coronationem consummata, eam consequ
tur. Ceterùm diuersis fruitur priuilegijs
à Principe concessis: quippe Augusta Rom
norum Imperatrix gaudet titulo Maiest
& reliquis Augusti; Cancellarium habet p
petuum, Præsulem Fuldensem Imperij Pr
cipem; liberat reum à pœnâ mortis, si
tuitò obuiàm fiat, vt olim Vestales Rom
& hodie Cardinalis Nepos Pontificis; ad
betur nonnumquam in consilium; ex om
bus contractibus tacitam habet hypothe
& priuilegium prælationis in concursu c
ditorum. Donare Augusta potest Augu
constante matrimonio: cùm aliàs huiusm
donationes inter coniuges lege Solonis, q
moribus dein Imperatorum constitutio
busque confirmata, prohibitæ sint: ne p
fusâ erga se liberalitate & donationibus a
tentes, amorem coniugalem, quasi d
conciliare viderentur; & pretio æstim
quod vendi nequit, aut certè vendere n
est. Donationem etiam, licet excedat qu
titatem iure præfinitam, non insinuat:

res aliena, ab Augusta vendita aut donata, vendicari nequit à donatario vel emptore; sed actio personalis intra quadriennium contra Augustam dirigenda, vti Cæsareâ constitutione, ad Macedonium alioſque Augustæ Domus Curatores post Consulatum Lampridij & Orestis directâ, continetur. Reginæ Galliæ fundos suos priuatos, si alienati fuerint, eâdem redhibitoriâ lege, quâ publicum Regis Patrimonium recuperant: nomina sua, eodem quo regia iure priuilegioque, exigunt: pro litibus suis forenses habent dies suumque peculiare litium volumen, perinde ac Pares Franciæ: earum ditiones sacro interdicto subijci non possunt, nisi ex speciali mandato Romanæ Sedis, vt refert Chopinus de Domanio Franciæ.

Sed si Romani Principes parentum & coniugum priuilegia ac honores olim frænârint, lubricis adhuc Imperij firmamentis, nondumque coalitis: haud tamen ad hodierna id tempora transferri fas est. Nam plerique orbis Christiani Principes, à longissimâ annorum serie, secura potentiæ fundamenta

iecerunt ; vt ſuperuacuum ſit ſuſpicionu
irritamentis indulgere , & matrum con
gumque affectus animumque ſpeculari. R
ctius Principalis Maieſtas ſuos etiam rac
in matre & coniuge conſpiciet, manebitq
communicatus honor fiduciarius.

At Principe vitâ functo filioque reli
impubere, vtilitas Regni expoſcit, vt, ſi R
gina Tutrix ſecunda ambit vota , Ordi
ſupremi in eius conſilia animum intend
ne rebus nouis implicentur, & impliciti h
eluctari queant. Idcirco ordines Luſita
imprudenter permisêre, quòd Teraſia, H
rici Lotharingi Luſitanici Regni condit
vidua, Alfonſo filio ſuperinduxerit vitric
Ferdinandum Traſtameræ Comitem, ac
cem accenderit labefactando Regno, qu
uis infelici rerum ſucceſſu. Quò laudabil
Maria, Ferdinandi IV. Caſtellæ Regis ma
vndique à vicinis Regibus, Dionyſio Luſ
no Aragoniæ & à patruo Regis Ioanne, I
gem Legionis Galliciæ & Hiſpalis ſe feren
militari manu inuaſa , conſilium patrui H
rici , regni adminiſtratoris , vt nempe I

tro Aragoniæ Regi nuberet, reſpuit; dicens non deeſſe exempla, cælibes etiam reginas filiorum impuberum ſtatum promouiſſe. Et iure merito Alphonſus I Rex Caſtellæ iniquiſſimè tulit, cùm proceres filiæ Vrracæ, vnicæ Regni heredi (quæ iam ex Reymundo, Burgundiæ Ducis fratre, Alphonſum ſuſceperat) defuncto Reymundo Gometium, Candeſpinæ Comitem, inter Regulos Caſtellæ præcipuum, deſtinarent: attamen non parum à prudentiâ politicâ deflexit, quòd nato iam ex filiâ Vrracâ Alphonſo nepote, eam regi Aragoniæ ſecundis nuptijs iunxerit: inde enim eo vitâ functo Caſtella armis & direptioni Aragonij fuit expoſita, Rege minorenni; & Vrracâ diuortio ſuo & impotenti libidine Aragonium exaſperante.

Romanis etiam principibus olim ſuſpecti erant, qui, fæminam ex Auguſtâ Domo coniugem petendo, nitebantur eo pacto Principalis ſplendorem domus in ſuam tranſferre familiam: inde enim factionum potius quàm tranquillitatis cõſilia manabant. Quippe ita ſe res habet, vt fæmina Regiæ ſtirpis,

priùs amorem concipiat dominandi quàm fœtum: eò quòd malit priùs marito parere dominatum, quàm prolem. Idcircò Seianum se audiuisse ferens, in elocandâ filiâ Augustum nonnihil etiam de equitibus Romanis consultauisse; cùm Principem obtestaretur, si maritus Liuiæ Germanici sorori quærendus, haberet in animo amicum sola necessitudinis gloriâ vsurum, nec vnquam venerationis & obsequij principalis exuturum memoria: Tiberius, quamuis pro more mentem tegens, haud tamen id obscurè Seiano negauit: quippe falli eum, si existimaret in eodem se mansurum ordine, & Liuiam (quæ Caio Cæsari, mox Druso filio suo nupta fuerit) mente acturam, vt cum equite Romano [illegible] nescat: ipsa vt sineret, an credibile id [illegible] passuros, qui fratrem eius, qui patrem ma[illegible] resque in summis imperijs viderunt, teste T[illegible] cito? Prudenter sanè: præsensit enim sagacissimus Princeps gliscentem Seiani ambitionem eiusque mentem, hoc quasi symbolo insignitam.

*Norunt cui seruiant Leones,*
*Aut in quem finem scenæ subseruiant.*

Nec alia in promptu est ratio, quare Augustus Lucium Vinicium illustrem iuuenem reprehenderit, parum modestè feciſſe eum, quòd filiam ſuam Iuliam Baias ſalutatum veniſſet. Nouerat ſcilicet

*Littus beatæ Veneris aureum Baias,*
*Baias ſuperbæ blanda dona Naturæ.*

nouerat pater libidinem, blandiſſimam dominam, filiæ imperare; eamque in luſtris quàm pudicitiæ caſtris vitam malle agere. Cùm autem hâc viâ poſſent inſidiæ dominationi ſtrui, cautus ſenex, libidinem cum eâ commiſſam, religionis ac violatæ maieſtatis nomine appellauit: & Iulio Antonio, cum alijs adulteris vltimo affectis ſupplicio, filiam in Inſulam Pandateriam relegauit, mox oppido Rheginorum, qui ſiculum fretum accolunt, clauſit: relegatæ etiam omnem delicatiorem cultum ademit, neque adiri à quoquam libero ſeruoque (niſi ſe conſulto) permiſit, & ita vt certior fieret, quâ is ætate, quâ ſaturâ, quo colore eſſet, quibus etiam corporis

ris notis vel cicatricibus. Tantâ autem ani
exaſperatione Principalis flagitia domus pr
palauit Auguſtus, vt nunquam ei culpæ gr
tiam facere, ac teſtamentum condens, n
alio quàm donationis titulo, filiæ quidpia
relinquere in animum induxerit. Imò n
præteritione contentus (vt cauſam iracund
ſi hæc perennis eſſet, iuſtiorem reddere
etiam iuribus ſepulchri eam priuauit, expr
sê vetans ne in monumentum ſuum infer
tur. Et tamen plurimis alijs nobiliſſimis fi
minis eiuſdem flagitij reis gratiam inperti
rat, in cupidinis impotentiam culpam re
rendo: acrius quippe in filiâ puniendum ra
adulterium, quod velut ſcorpionis, occup
dæ dominationi intenti, alimentum erat. N
in filiâ ſolùm hæc ſuſpicio ſtetit, ſed &
neptem Iuliam ſe extendit: quam matri n
degenerem vnà cum eâ relegauit, & infa
tem ex eâ natum agnoſci aliqúe vetuit: q
& Prætorium profusè ab eâ exſtructum
ruit ad ſolum. Quare ne Agrippina, f
Germanici, ex Auguſtâ domo nata, alij n
beret, & imperio Claudij patrui inſidias ſtru

ret, ipsemet Claudius eam ex Pallantis consilio vxorem duxit ; idque iure dominationis, nondum sueto neptium coniugio, quia trahebat secum Neronem Germanici Nepotem, & verebatur ne eum aliam in domum inferret, vnde periculum sibi creari posset.

Et sanè ea semper dominantibus à fœminis iniecta fuit solicitudo, vt sacrâ Historiâ teste, Rex Salomon iniquissimo tulerit animo, post patris excessum, Abisag Sunamitidem, olim Dauidis consortem, Adoniæ fratri consanguineo coniugem peti ; ideoque, velut exprobrans facilitatem matri Bethsabeæ, prudenter respondit : Quare postulas Abisag Sunamitidem Adoniæ ? postula ei & Regnum : & mox misso spiculatore eum, firmandi sceptri caussâ, cædi imperauit. Iam quippe Adonias in partes traxerat Abiathar Sacerdotem & Ioab filium Saruiæ, summum militiæ Ducem ; vt Regnum, velut maior natu, spretâ paternâ dispositione vindicaret.

Ac licèt Gallus Asinius, senator olim Romanus, exasperati Tiberij mentem ob im-

prouisam interrogationem, quam partu
reipublicæ sibi mandari vellet, placare adi
teretur, eum victoriarum suarum, quæq
in togâ per tot annos egregiè feciſſet, admi
nendo: non tamen Principis iram leniu
pridem inuisus, tanquam, ductâ in matrim
nium Vipsaniâ, Marci Agrippæ ex Pompo
filiâ (quam Tiberius olim sibi nuptam co
ctus fuerat dimittere & Augusti filiam d
cere) plusquàm ciuilia agitaret, maiora p
uato concupiscens, Pollionisque Asinij fe
ciam retineret. Detectâ etiam conspirat
ne in Neronem, pulsus Vrbe Rufus Cri
nus, quasi conscius; sed reuera Neroni in
sus, quòd Poppęæ (quam Princeps, repud
Octauiâ Claudij Cæsaris filiâ, ex pellice u
rem fecerat) quondam maritus fuisset. Q
& parens Agrippina nouo hinc accusatio
turbine inuoluta est, quasi destinasset Rub
lium Plautum, per matrem ex stirpe Iu
pari ac Nero gradu à Diuo Augusto, ad
nouas extollere, coniugioque eius imperi
rursus inuadere. Nec minus periculum Co
nelio Sullæ impendebat, quasi consilio Pl

lantis ac Burbij ad imperium vocaretur, ob claritudinem generis & affinitatem Claudij, cui per nuptias Antoniæ gener erat. Et ideò etiam Alphonsus Castus, Ouieti Rex, Sanctium Saldaniæ comitem maiestatis postulauit, quod sororem Ximenam clandestinè sibi iunxisset.

iunxit Leiceſtrium Comitem, & demum Franciſcum Herculem Andium Ducem, vulgò Alenzonium; moliente id in primis Catharinâ Medicæa matre, vt vt res caderet, non ſterilem inde ſibi ſementem pollicente. Nam ſi matrimonij tractatus effectum ſortiretur, rebatur Medicæa hoc pacto creſcentem Philippi Regis potentiam nuperâ Luſitaniæ, Indiæ orientalis & plurium inſularum acceſſione longe lateque auctam, & plùs æquo ſe diffundentem, intra cancellos cohiberi poſſe: ſin minùs, ſaltem ſperabat, durante hoc coniugij tractatu, Anglam à fouendis acatholicorum in Galliâ turbis refrigeratum iri: quocirca honorificentiſſima in Angliam legatio eſt miſſa & illic futuri matrimonij pacta conſcripta. Eliſabetha, vt ferè oblati vltrò matrimonij vilior eſt merces, parui reuera Andinum faciens, in ſpeciem tamen legatos exquiſitiſſimis affecit honoribus & ſummâ comitate ſpe turgidos dimiſit; ſperans ſe mutuæ defenſionis & offenſionis inter Angliam & Galliam fœdus à Gallo, durante coniugij ſpe, promptiùs ob-

tenturam : ad quod procurandum Burghle-
ius & Suſſexius, intimi Reginæ conſiliarij
eam impensè hortabantur : imò ſuaſerant, vt
Duci Andium nuberet : offenſionis enim fœ-
dus alioquin à Gallo ſperari haud poſſe : eam
verò ſolam Hiſpaniarum Regis potentiæ im-
parem, qui filiâ Scotorum Regi in nuptias
oblatâ, omnes in Anglia Catholicæ Religio-
ni addictos, profugos, exules, & rerum
nouandarum cupidos, quorum magnus vbi-
que numerus, in Scoti partes facilè perrec-
turus eſſet. Verùm illa, ſecum reputans glo-
riam & Regni maieſtatem, quæ ſibi innupta
integra & indelibata maneret, marito nup-
tijs communicandam : præterea obuerſan-
bus aſſiduè animo periculis ex conceptione
& partu, quæ à medicis & obſtetricibus ei
abditis cauſſis ei prædicta erant; decreuit ſe
cælibatu perſeuerare, & quotannis ſponſa
nunquam nupta eſſe. Quamquam & ali
alias cælibatus cauſſas adferunt : nimirum vt
Regni Angliæ viros Principes nuptiarum ſpe
ſibi ſemper obnoxios retineret; vel ne, ſi no
beret, mariti æmulis de iure Regni diſcep
tan

tandi occasionem daret. At postquàm comperit, agitatis consiliis Andium Ducem Infanti Hispaniæ despondendum; mutatâ velificatione, vt eiusmodi nuptias ob spem Regni Galliæ, in quod Andium Dux mortuo Henrico fratre iure sanguinis vocabatur, innexâ Hispanâ affinitate Angliæ summè pernicioſas interturbaret; missis properè Legatis, Regi Galliarum eiusque matri Mediceæ iussit renuntiari, se in nuptias Andium Ducis toto animo propendere: quò factum, vt confestim Hispanæ affinitatis consilia cœperint fluctuare. Sic callida Regina pilam, propriæ vtilitatis filo glomeratam, lepido simulationis reticulo vtrimque repellebat. Itaque hoc nuntio audito Regina mater Medicea, femina votorum nimia, (siue vt Regna filiis quæreret; siue vt Angliam à cogitatione nuptiarum cum Nauarræ Principe Henrico, de quibus agi inaudierat, reuocaret) per oratores missos conditiones proposuit, & paulò post Andium Ducem citiùs penè spes vana, quàm ventus in Angliam intulit, vt Reginam opinione suâ sponsam prociret, matrimo-

matrimoniumque coram conficeret, gnarus non tam facilè Reginarum, quàm Regum connubia conciliari: hi enim pictis tabulis sæpissimè falluntur, illæ spirantes homines contueri, alloqui, tentare diu volunt. Quamuis autumem, ipsismet Principibus haud de eunda coram huiusmodi munia, si ea, quæ prociunt dignitate sit par, aut maior: sed pe internuntios viros idoneos tractanda: quipp multa temerè incidere posse, quæ feminarum animos, alioquin naturâ suâ nutantes, mo bilesque, viso & allocuto coram proco inc uersa trahant; aut formam aut mores a denique sermonem culpantes. Præterqui quòd ambitiosæ earumdem mentes non p rum inflantur, dùm eò se procum demis vident, vt penè supplex summi benefi loco matrimonium coram expetat. Enim uerò delectat tum eas ambitionis suæ lu gum spectaculum, minusque se autuma regiæ dignitatis fastigio consuluisse, nisi fr quenter diuque pluribus, quod habent, ost tent. Idcirco Andium Dux, cùm in Regi animum nec forma nec mores eius immig

rent; velut per nebulam imaginariæ ſponſæ affectu irroratus, re infectâ in Galliam redijt, matrimonij tractatione in ſpeciem ad Angliæ Concilium remiſsâ. Nec hęc ſcenæ coronis erat; nam audiens dein Eliſabetha, Andinum fœderatorum Ordinum decreto Brabantiæ Ducem & ſupremum militiæ Caput declaratum, ad ſolitas conuerſa artes, vt reuireſcenti per Belgium Gallorum potentiæ natiuum detraheret humorem (maluit enim Andinum per ſimulatum matrimonium in poteſtate habere, quàm Belgas per eundem Gallorum imperio teneri) rurſus iuuenem in Angliam accerſiuit, quaſi iam conditis dotalibus inſtrumentis, nihil præter conſummationem matrimonij reliquum foret. Et is quidem promptè in Angliam reuerſus, promptum ad thorum Reginæ delibandum animum adferebat: ſed incautus nullum eius guſtum hauriens, interim ad ſatietatem vſque vanis ſpectaculis & oblectamentis, quaſi Hymenæi prodromis, blandè focillabatur: accedente etiam ipſiuſmet Reginæ vlteriori aſtu, velut animam ludicro inſpi-

rantis; quippe in frequenti Procerum con-
nâ, hactenus egregiè simulatum amore
nouo etiam pignore firmatura, annulo si
detracto Andinique digito inserto, fume
ambitiosi iuuenis cupiditatem inflamma
Tum enim voti se compotem & in ma
prædam habere ratus, priùs penè trie
phum egit quàm victor esset: nec tam
nanciscendo quàm nacto dotali Angliæ
gno sibimet gratulatus, consilia sua la
giùs iecit. At Elisabetha annulum sibi de
xerat, non simulationem, quâ hactenus p
gnans erat: nec enitendo fœtui, quia ere
num embryo, tempus aduenerat; vt inter
cum fœderatis Belgij Ordinibus consilia
ciare, & specioso Religionis velamento c
tra imminentem à Gallicâ potentiâ pro
lam innexis fœderatorum animis, eo
mari periclitandis, commodiùs sibi ca
posset; Andinum quidem Belgio non
dens, sed accuratâ eum vigilantiâ obser
volens, & freno moderari, vbi opus fo
Itaque prouisis, quæ ad sui facerent secu
tatem, Andinum Angliâ dein honora
amo

amoliri ſtatuit : quod eò magis in difficili erat, quò ipſamet longiùs in ludum proceſſerat, vt non niſi cum aliquâ nominis labe retrocedere ſe poſſe cerneret. Verum ipſa Andino præſente, ſuorum nimis anxiam dotalium pactorum quotidianam incuſans mutationem, præcisâ omni eâ ſuper re inpoſterum diſceptandi copiâ, ſupremi Senatus arbitrio negotij ſummam, vnáque clam nouæ partum moræ ſedulò commiſit; adeo vt dum omnia maximè accelerare videretur, maximè retardaret. Interim præbitis iuueni blandiſſimis moræ delinimentis, quotidiano comœdiarum, venationum epularumque oblectamento, haud quaquam tamen ita eum faſcinare potuit, quin animus, quid rei foret, præſagiret. Cùm autem, ad capeſſendi Belgici imperij auſpicium, permagna ſua intereſſe exiſtimaret, integro regalis ſponſi nomine fœderatas adire Prouincias; enixè ab Reginâ petijt facultatem diſcedendi ad regimen Belgarum, quorum recentibus litteris aſſiduè interpellaretur, tandem ſuſcipiendum: vt peractâ ſolenni in Belgio inaugura-

tione , noui acceſſione honoris decora
maiorem dignationem ad tantæ Regin
tias referret : tum demum cautè ſentire
diſſimulans,quæ reuera ſentiebat;ne ſi int
gere videretur , palam rueret : quâ cau
hactenus ſibi conſuluit, vt præter ſaluam
ninò exiſtimationem magnum auri pond
quo à Reginâ donabatur, in Belgium att
rit. Ita velut dotem Regina dabat, dum n
tias negaret; ſat lepidè, contra Vlpiani
ſponſum afferentis , Dotem ſine matrim
nio eſſe non poſſe : matrimonium ſine d
poſſe. Quippe allicere, morari, ducere
falsâ iuuenem , atque vbi eum animo re
diârat, vti ſponſum dimittere, artis erat
ſa enim cœlibatus amans & à nuptijs abh
rens, quamuis in ſpeciem Colinio Card
Caſtellionæo, plurimis ante annis matri
nium Henrici Andium Ducis, Caroli
& Alenzonij fratris tractanti, aſſenſerit;
tamen è campo Veneris in cœlibatus ingr
nemus, obdormiuit, præbitum conſen
vento permittens : & cæſo dein Tho
Howardo Norfolcij Duce (ob cuius m

monij metum cum Mariâ Stuartâ Scotâ ineundi, seque Regno Angliæ exturbandi, hactenus factiosos per simulatum cum Andium Duce matrimonium deliniuerat) omninò spes coniugij ex animo generosæ feminæ est dissipata. Quippe amoto per fatum Norfolcij Ducis factionis periculo (ipsa enim si nuberet, non alium quàm Anglum sibi iungere statuerat: idque tum ex Regni publicâ salute, tum ex pacto conuento, quo Regni Ordines eandem obligârant obtestando, vt nunquam cum Principe extraneo matrimonium iniret) ea res plurium Angliæ Procerum animos in spe ponebat obtinendi honorem coniugii & per hoc Regiæ coronæ decus: sed irrito effectu, vt euentus planum fecit. Nam quamuis illa nonnumquam metu orbitatis de nuptiis cogitaret; attamen præuidit, si subdito nuberet, ex disparitate se decus contracturam, & ad domesticas simultates & turbas faces accensuram.

Porro matrimonia sunt modus legitimè Regna & ditiones ampliandi. Quid enim honestius, quàm nanciscì dominium succes-

cessionis & dotis titulo, quem tot Romanorum iura firmant ? Eleganter ait Paulus Iurisconsultus libro XIV. ad Sabinum: *Dotis caussa perpetua est, quia perpetua sunt matrimony onera*, quibus dos inseruit: nisi enim his inseruiat, dos nulla est. Quare non solius coniugis gratia, (vt nonnulli perperam arbitrati) sed etiam mariti tam ampla dotis concessa sunt priuilegia, vt æquâ penè lance æquitatis ratio in vtroque coniugum seruaretur. Quid enim si res sponso eâ conditione traditæ, vt nuptijs secutis dotis fiant; & tradens ante impletam nuptiarum conditionem decesserit, incipientne eæ secutis nuptijs dotis esse ? Equidem vix est, vt possint in dominio eius effici, cui data sunt: quia post mortem incepit dominium discedere ab eo qui dedit & transire in heredem. Pendet enim donatio in diem nuptiarum; & cum sequitur conditio, scilicet nuptiæ, iam heredis dominium est, à quo discedere non posse inuito eo fatendum. Tamen fauore dotis receptum est, vt necessitas imponatur heredi consentire ei quod defunctus fecit

aut si distulerit vel absit, etiam nolente vel absente eo dominium ad maritum ipso iure transfertur, teste Vlpiano xxxi ad Sabinum libro. Iustinianus etiam marito reciprocam hypothecam in bonis vxoris pro dote sibi præstandâ concessit, cuius vi prælationem habet in concursu creditorum, qui nonnisi actione personali sunt muniti. Imo dote ob delictum vxoris publicatâ, maritus saluas habet actiones in res dotales contra fiscum, vt ait Papinianus libro ii de adulterijs: excepto casu quo mulier læsæ maiestatis rea, dotis patitur publicationem, vti Gaudentio rescripserunt Imperatores Diocletianus & Maximinianus: tunc enim perpetuo iure dos fisci manet, vt pœna etiam ad propinquos transeat. Adhæc titulo dotis honori datum, vt si diremptum forte matrimonium fuerit, quantumuis nullo intercedente pacto, maritus solum quatenùs facere possit condemnetur; ita modestinus lib. ii differentiarum. Vnde quærit Pomponius lib. xv ad Sabinum, si paciscatur maritus, ne in id quod facere possit condemnetur, sed in solidum; an hoc pactum

ctum seruandum sit : & negat seruari opo
tere : quippe initum contra bonos mores
reuerentiam maritalem. Ex quo perspicuu
est quam prouidè Romanorum iura mari
consulendo dotis titulum probent, tanqua
honestissimum adipiscendi dominij modu
Proinde rectè Principes matrimonias, vti
strumenta augendi ditiones & regna, adi
bent ; nec vlli vitio vertendum, hac si v
suam satagant ampliare potentiam : vt pr
denti annisus consilio Carolus Magnus, q
postquam Romanorum Imperator auspic
sanctæ Sedis Apostolicæ est creatus ; Irene
Imperatricem Constantinopolitanam mi
Legatis sibi matrimonio iungere destinau
vt imperium vniuersale adquireret : nec
ruisset effectu, nisi Irene per Nicephorum
rannum aliosque Græcorum Proceres v
culis mancipata, in Lesbum Insulam fu
deportata, ne suis nuptijs Græcorum Imp
rium in Franciam deferret. Henricus VI I
perator, ductâ Constantiâ, Guilielmi secu
vtriusque Siciliæ Regis filiâ, vnicâ post fr
trem sine liberis defunctum herede, Sicilia
acqu

acquisiuit: cuius filius Fredericus, post Constantiæ Reginę obitum ducta Violante Ioannis Brenni Regis filiâ, regni Hierosolymitani herede, præfatum Regnum aut saltem eius titulum Siciliæ vniuit. Heduigis, Poloniæ Regina & Heres, Lituaniam sub nomine Magni Ducatus Poloniæ iunxit, ducto Iagelone Lituaniæ Duce dicto post Vladislao secundo Rege Poloniæ. Philippus Valesius Dux Burgundiæ, dictus Audax, duxit Margaritam vnicam Ludoici secundi Malani Flandriæ Comitis filiam, Comitatuum Burgundiæ ac Artesiæ heredem; qui Comitatus dein omnes titulo dotis Domui Burgundicæ sunt vniti. Sed omissis vetustioribus, Archidux Austriæ Maximilianus primus, Mariam vnicam Caroli Pugnacis filiam & heredem duxit coniugem: & hac via Burgundiæ Belgijque ditiones Augustæ Domui Austriacæ non modicum potentiæ firmamentum adiunxit. Quo etiam consilio rectè eas Ludoicus XI Galliæ Regno iungere potuisset, si initi consilij memor, Mariam Carolo filio, aut (si ob teneram eius ætatem matrimonium

iniri non potuiſſet) Carolo Engoliſmenſi ſanguinis Principi, Franciſci primi pa collocâſſet. Fratri enim Carolo Aquitan Duci vt Maria iungeretur, palàm ſe Lud cus Rex oppoſuerat: nam eo matrimo valdè fratris aucta fuiſſet potentia, cum bello ciuili conflictabatur: & præuidebat Duci Britanniæ coniunctum in maximas ficultates ſe ac liberos adducturum. Sed Burgundum prope Nancæum cæſum ſuas armatâ iam ambitione donans, con ſtim deſciuit à propoſito iungendi Galliæ matrimonij ampliſſimas illas ditiones; & tiùs duxit ruptis nouennalibus inducijs, tis quàm Veneris caſſibus Belgicum Leonem. Quâ in re Princeps alioquin ſa ciſſimus parùm ſana cepit conſilia; dum rum ex voto fluentium proſperitate & implacabili aduersùs Burgundicam mum odio cœcus, quam filio ſponſam Carolo Engoliſmenſi vxorem dare pote Archiduci nubere paſſus eſt. Dominaba Regi violentum illud ingenium, nullis ſe ctis & conuentionibus ad id adipiſcend

adſtri

adſtringi ſinens, quod armis nanciſci poſſet: accedebat vindictæ ſtudium, tum etiamnum pullulantis ex cæde Ludoici Ducis Aurelianenſis aui ſui, Caroli VI Galliæ Regis Germani fratris, Pariſijs anno MCCCCVII à Ioanne Burgundiæ Duce adornatæ, quaſi regnum Rege mentis impote affectâſſet, & à magis eius rei conficiendæ cauſsâ binos gladios annulumque accepiſſet: quò ſe ad ſcopulum è tranquillo inferri Rex paſſus. Vt vt enim Carolus Delphinus, Caroli VI filius, par pari retulerat Ioanni Burgundo ſocero Montigeroli anno MCCCCXIX; tamen tam profundam memoria cædis præfati Ducis Aurelianenſis radicem egerat, vt fibris ſuis atræ humorem bilis miniſtrando, alendis inter Domum Francicam & Burgundicam odijs, ad tempora Ludoici XI Caroli ſexti nepotis ſuffecerit: qui exitiale bellum, non tam orſus quàm renouans, ad poſteros velut hereditarium tranſmiſit. Enimuerò, quod ſpecie Legis Salicæ Mariam Burgundiâ excludere tentaret, omnino friuolum fuit: cùm Burgundia nunquam Legi Salicæ fuerit ſubiecta, vt anteceſſores

ceſſores ſui manifeſtârunt. Nam Ioannes Galliæ Rex ſucceſſit ex perſonâ matris Ioannæ Burgundæ, ſorore Odeti ſeu Othonis Burgundiæ Ducis, quam repræſentauit: declarans in præfato Ducatu, non exiſtente masculo, poſſe ſuccedere feminam, & ita ſe ſuccedere ex capite feminæ. Et quamuis filius Ioannis, Carolus Rex Galliæ eius nominis quintus, dictus Sapiens, fratri Philippo Audaci Burgundiæ Ducatum contulit adiecta conditione, ſi maſculam prolem non ſuſcepiſſet, Francorum regno Burgundiæ Ducatus redderetur, filiabus omni ſucceſſione exclusis: tamen cum dein Margaritam Ludouici Malani Comitis Flandriæ filiam heredem vnicam fratri coniugem procuraret, vrgentibus Flandris Burgundiæ ducatum eo iure ceſſionis Audaci reliquit, quo eius pater Ioannes in Burgundiâ Duci Philippo experſonâ matris ſucceſſerat, admiſſis feminis defectum maſculæ prolis.. Franciſcus Galliæ Rex in Hiſpanijs Carolo V Imperat. Burgundiæ Ducatum ſe reſtituturũ obtu ſi ſororem Eleonoram ſibi vxorem daret

Burg

Burgundiam in dotem, eo pacto, vt in eâ succederet filius natu maior; & si sine liberis moreretur, succederet filius secundus Cæsaris: ac si Cæsar non haberet filios, sed tantùm filias, eo casu filius secundus Regis duceret filiam Cæsaris. Verùm Carolus induci haud potuit, vt assentiretur: quia prospiciebat eâ ratione semper Burgundiam penes Regem mansuram, & per matrimonium ab Augustâ Domo Austriacâ auellendam, cui per coniugium vnita fuerat. Et ante Ludoicum prudentiùs fecisset Carolus V Galliæ Rex dictus sapiens, si Burgundiã Galliæ limitaneam vt vt à Patre Ioanne Philippo fratri in Anglicâ custodiâ promissam, Coronæ seruasset; & vnicam filiam & heredem prædicti Ludoici Flandriæ Comitis Margaritam duxisset coniugem, eumque Comitatum amplissimum via coniugij & annexas ditiones Regno vnijsset. Sed existimabat, ad excludendum pro filio Edmundo competitorem Eduardum Angliæ Regem satis prouidisse, iungendo Margaritam fratri Philippo Audaci, dato ei pro se & heredibus Burgundiæ Ducatu: cum

reuerà & ipſiuſmet fratris nimis creſcente
hoc matrimonio potentiam, & plurium f
mitem malorum, vereri debuiſſet. Quâ in
ſapientia Regis deſiderata eſt: qui cùm p
ſæpè cognomen ſuum rebus geſtis æquau
illi impar in Flandricis nuptijs fuit. Nam cu
initio optionem habuiſſet, vtrum filiam D
cis Borbonij formoſiſſimam, an Flandr
pulchram quidem, ſed multò minoris ve
ſtatis, vxorem duceret; amores affectuſq
ſuos communi vtilitati prætulit: cùm Fla
dra nobiliſſimis Comitatibus dotalibus ad
adauxerit maritum Ducem, vt ſoboles e
formidoloſa Regibus ac propè exitio exti
rit: æmulatione rerum adminiſtrandarum
ingenio mortalium ita ferente, vt pro op
quiſque ſpiritus gerat animoſque. Sed p
ceteris maximum in hac materia error
commiſit Ludoicus ſeptimus Galliæ Rex,
ctus Iunior, qui Eleonoram, proſtituti pu
ris feminam, Comitatus Pictonum & Du
tus Aquitaniæ heredem, duabus ex eâ ſuſce
tis filiabus repudiauit, reſtitutâ ei dote, qu
intuitu earum retinere poterat: quo ipſo m
di

didit in furibundæ inimicæ manus facem, quæ totum posteà Regnum incendit. Adhæc permisit vt eam duceret Henricus Andegauensis, filius Mathildis filiæ Henrici Regis Angliæ; quo sine liberis mortuo, delata est successio Angliæ Mathildi, & per hanc filio Henrico Andegauensi. Is ergo materno iure factus est Rex Anglorum, & vxorio Comes Pictonum & Dux Aquitaniæ: ex quo summum in Galliam periculum redundauit, quod in ea esset Princeps extraneus tam potens, cuius deinde posteri Regnum summis cladibus afflixerunt. Posterioribus seculis cautiores fuêre Principes tam in contrahendis matrimonijs, quàm filiabus elocandis: quippe cùm filiam nuptui dant cum prouincijs in dotem assignatis, cauent pactis dotalibus, & prouidentiâ Regibus passim agnatâ, vt certis casibus ad coronam redeant. Ita cum Isabella, Philippi secundi Hispaniarum Regis filia, Archiduci Alberto cum Belgij Prouinciis desponderetur; cautum fuit articulo sexto, vt ea quæ fuerit Princeps seu heres dictarum Prouinciarum nubat Regi Hispaniæ aut

Principi

Principi eius filio, qui tum erit in viuis: &
is non habuerit voluntatem ducendi vxorem
aut ætatem coniugio idoneam; non pote
dicta Princeps nubere marito, nec ei in d
tem ferre vllam partem dictarum Prouinc
rum, nisi ex consilio & consensu heredum
successorum in Regnis Hispaniæ: & in ca
contrauentionis, omne id quod donatu
& concessum fuerit, redibit ad eos, quasi n
lis donatio & concessio facta non fuisset. Et
tabulis matrimonij Philippi secundi cum M
riâ Anglâ conuentum est, quod si filiæ n
tum nascerentur, maior natu succedat in
nibus Belgii ditionibus, hac lege, vt consen
Caroli fratris, nati ex Lusitanâ matre, m
tum in Belgio aut Angliâ quærat, aliàs B
gij successione priuetur, iuribus omnib
Carolo saluis manentibus. Ceterùm quan
filiabus Regum aut Principum citra dot
ius quodpiam successionis in Principatus
Regna competere potest, magnâ in ijs co
candis vtendum prouidentiâ. Si enim
blici boni interfit stirpem Principis, qu
liam ambit, procul à successione arceri

erit eam non collocari, quantumuis parata sit, accedente etiam iuramento, omnibus renuntiare iuribus in fauorem paternæ seu regnatricis familiæ: modicum enim in eiusmodi renuntiatione erit præsidium. Quippe si nascatur heres, & eueniat casus, quo matri successio aperiatur, renuntiationem impugnabit, nec eam in sui præiudicium seu iuris sanguinis fieri potuisse asseret; præsertim vbi agitur de successione Principatuum & feudorum illustrium. Satius ergò fuerit non misceri sanguinem, vbi non expedit misceri Principatum.

Maximiliani patris fortunam filius Philippus Pulcher æquauit, imò superauit: is enim occasione matrimonij cum Ioannâ, Ferdinandi & Isabellæ Aragoniæque regum filiâ, ex personâ coniugis in amplissima Hispaniarum Regna ius successionis acquisiuit, illudque in Carolum filium transmisit: quo pacto ad summum fortunæ potentiæque fastigium familiam euexit. Quanquam hæc Hispaniæ Belgijque Prouinciarum vnio, non tam consilio Philippi, quàm fortuitò acciderit, Deo

rebus consilia attemperante : quippe cu
coniugem duceret Ioannam, adhuc in vi
erat Ioannes, vnicus Ferdinandi & Isabe
filius, Ioannæ frater, cuius coniux Marga
Philippi Archiducis soror: viuebat etiam m
ior natu soror Isabella, tunc filio Ioannis
cundi Regis Lusitaniæ Alphonso Princ
nupta, quæ deinde in mortui sine liberis f
tris Ioannis locum ingressa, regnorum Hisp
niæ successionem in filium Michaelem, co
nomine Pacificum, natum ex Emanuele R
ge Lusitaniæ (cui nupsit post Principem A
phonsum) transmisit : quem infantem Lu
tania & vniuersa Hispania, exceptâ Nauar
Principem auis superstitibus, omnium c
sensu fide ipsi iuratâ mox declarauit, &
successionis tot Regnorum prono obsequ
coluit. Verùm diuina prouidentia non
sitaniæ, sed Augustæ Domui Austriacæ
spaniarum Regna destinauit: matre enim
bellâ in partu extinctâ, & infante Mich
vix bimo ex his terris erepto, omne ius
cessionis in Regna Castellæ & Aragoniæ
materteram ipsius Ioannam, Philippi Ar
duc

ducis coniugem, defunctâ iam Isabellâ sororem natu maiorem superstitem, peruenit; quæ illud (exclusâ Mariâ sorore natu minore, præfato Regi Lusitaniæ Emanueli secundo matrimonio nuptâ, eiusque liberis) hereditariâ dein seriè in filium Carolum posteroſque transmisit: quod tamen veterator quidam astutissimus, durantibus in regno Valentiæ motibus plebis contra nobilitatem, turbare constituit; se pro filio Principis Ioannis & Margaritæ Austricæ venditando, palam dicens, Carolum Hispaniæ fore Regem cùm DEVS vellet; se legitimum esse Regem, idque orbi manifestaturum. Imposuerat autem factiosis, Principem Ioannem coniugem reliquisse grauidam, eamque Cardinali Petro Mendozæ commendatam, peperisse filium: Cardinalem autem ex arcano, quod ipsi cum Philippo Austriaco intercedebat, vt in Regna Hispaniarum succederet, egisse cum obstetrice, vt diceret natam filiam, sed mox vitâ functam: deinde traditum se vxori Pastoris cuiusdam educandum prope fretum Gaditanum, sed dedit pœnas detecta fraude.

Quin & ipſe Philippi Socer Ferdinand
Rex Catholicus, Aragonię tum Princeps, p
conſilij viâ vſus, ductâ in matrimoniũ ſor
Henrici Caſtellę Regis Iſabellâ, quę fratri
liberis decedenti pro more & legibus Caſt
Regni, quod maiorem ſanguinis quàm ſe
rationem habet, ſucceſſit: quâ vitâ functâ
dinandus non ſolùm dotis nomine, quippe
perſtite filiâ Ioannâ; ſed etiam agnationis
velut pronepos Ioannis primi Caſtellæ Re
cuius proneptis erat Iſabella, & ſic in æq
gradu cum Ferdinando, Caſtellæ domini
ctus; ſaluo iure filiæ, ad ſecunda tranſiuit
ſibiq́ue Germanam Foiſſeam, Ludoici
Galliarum Regis amitinam, ex Iſabellâ
Eleonoræ Ferdinandi Catholici ſorore
ſanguinea & Ioanne Foiſſeo natam; &
Aragoniæ Infantem matrimonio iunxit
Rex Galliæ in dotem dedit ius ſeu actio
in eam Regni Neapolitani partem, q
Regi Ferdinandus contra pactum diuiſ
eripuerat, eâ lege, vt ſi filij naſcerentu
eo matrimonio, illa pars Regni cum a
vniretur; ſi verò non naſcerentur, &
ma

mana ante Ferdinandum decederet, etiam hoc casu vniretur : at si Ferdinandus ante Germanam moreretur, ius præfatæ partis ad Ludoicum rediret. Sed Ferdinandus parui ius hoc dotale pendens, constante matrimonio Regni Neapolitani successionem sibi asseruit ex personâ Alphonsi V Aragoniæ & primi Neapolis Regis: Alphonsus enim Ferdinandum filium illegitimum fratri Ioanni, qui Pater erat Ferdinandi Catholici, in Regno Neapolitano prætulerat; Ioanne tantùm in Aragoniæ Regnum succedente : quod is ægrè, vti & filius Ferdinandus, tulit; licet hic mirè texerit, quia soror eius Ioanna Ferdinando Regi Neapolis nupta erat, & idcirco gentilibus suis aduersùm Gallos semper auxilia præbuit; sed demum prætextu illegitimæ natiuitatis Regnum Neapolis, Aragoniæ impensis & viribus ab Alphonso V Aragoniæ Rege acquisitum, Ferdinandi posteris ademit.

Nec minus Angli ad augendum Coronæ robur summo studio enisi sunt, vt Eduardo Angliæ Principi Mariam Stuardam Regni

Scotiæ heredem conciliarent coniugem, eo
que pacto finitima Regna coniungerent. V
rum Scotis in regnorum vnionem non p
pendentibus, cruenta orta sunt bella, q
tandem hac pacis conditione sopita: *Ne Ma
ria vlli extraneo desponderetur.* Quare ea
Galliam auectâ & collocatâ Francisco D
phino, bellum contra Scotiam recrude
quod cum graui demum subditorum vtri
que clade cessauit. Quamuis non solùm Sc
tis, sed etiam Philippo secundo Hispaniar
Regi istud matrimonium summè inuisu
fuerit: verebatur enim Angliæ & Scotiæ R
gna per Stuardam Coronæ Galliæ iunctu
iri. Erat quippe Maria Stuarda etiam he
Angliæ per Margaritam auiam paterna
sororem Henrici octaui Angli, si contingo
mori improlem Mariam præfati Henrici
liam. Et idcircò Philippus Elisabetham, He
rici octaui ex Annâ Bolena filiam, mora
Mariam sororem seditionis ream suppli
exemit; quippe cogitabat eam post Ma
improlis mortem, aut sibi aut filio vxor
iungere, vtpote Angliæ destinatam he
des

dem, eoque pacto impedire, quò minùs Anglia Galliæ iungeretur.

Et sanè Bohemiæ Regnum non aliâ viâ, quàm per connubium ad Ioannem Regem ex Lucemburgicâ Domo ortum peruenit: in quâ dein centum & viginti septem annos stetit. Postquàm enim Henricus septimus Lucemburgensis, Romanorum Imperator, Ioannis Pater, Henricum Carinthiæ Ducem specie rebellionis, & quod inuestituram Regni petere contempserit, iure quod per coniugem Annam, seniorem defuncti sine liberis VVenceslai Othocari nepotis sororem, in Regnum habebat, priuasset; alteram sororem Elisabetham, ad se Spiram accersitam, filio suo Ioanni matrimonio iunxit: qui pulso Henrico, per coniugem Regnum acquisiuit. Successit Ioanni Carolus quartus filius: huic VVenceslaus: VVenceslao frater Sigismundus: Sigismundo absque filijs mortuo successit gener Albertus Dux Austriæ, quem Sigismundus Regni Proceribus commendauit, vtpote nuptum filiæ Elisabethæ Regni heredi, quæ nata erat Sigismundo ex secundâ

dâ coniuge Barbarâ Ciliæ Comitis filiâ: præ
terquam quòd inter Bohemiæ Reges & Au
ſtriæ Duces pactis conuentum erat, proc
rum conſenſu & imperiali auctoritate fi
matis, vt deficientibus in alterâ domo ma
culis heredibus, altera Regnum accipiat do
ctâ ſorore aut filiâ defuncti Regis natu ma
iore. Defecerunt maſculi in domo Bohem
câ, igitur ſucceſſor ex Auſtriâ vocandus
que alius Regno magis idoneus, quàm A
bertus, qui & vxoris & ſuo iure ſocerio
iudicio præferendus. Alberto defuncto, R
gnum oblatum Alberto Duci Bauariæ: v
rùm is eâ virtute atque animi moderatio
vſus eſt, quæ poſtquam Reges eſſe cœperu
riſſimè comperta fuit. Nam venientibus
ſe Bohemorum Legatis, amplum & nob
Regnum offerentibus, gratias egit, qui ſe
num ex omnibus elegiſſent, cui parere v
lent, dignumque tanto imperio iudicaſſe
multa ſe idcircò debere Bohemis, neque
vnquam beneficij obliuioni daturum: at cu
Regis Alberti ſoboles Ladiſlaus ſuperſit,
decorum eſſe cum alterius iniuria regn
quæra

quærere: paternam hereditatem nulli auferendam: qui pupillos suo iure dispolient, Dijs atque hominibus inuisos pœnas aliquando patrati sceleris dare: cognouisse se non vano rumore fœdus antiquum inter Bohemos & Austriacos extare, deficiente masculâ sobole Principem ne foris sumant. Fidem seruare pulchrum, ne cui temerè noceatur: cauendum scelestam execrabilemque vocem illorum, qui regnandi caussâ ius violandum astruunt. Atque ita maiorem se regno monstrauit, & si verum fateri licet, clarissimum egit Regem: nam regnum apud eos qui spernunt, non qui cupiunt. Itaque successit Ladislaus, Alberti Austriaci Regis Bohemiæ filius posthumus. Hoc sine liberis mortuo, licet Georgius Podiebradius Guilielmo, fratri Friderici secundi Electoris Saxoniæ, cui Anna soror Ladislai maior natu nupserat; & Casimiro Poloniæ Regi, qui Elisabetham minorem Ladislai sororem coniugem duxerat, per factiones regnum eripuerit: eo tamen mortuo, Vladislaus, Casimiri Poloni filius primogenitus ex Elisabethâ Ladislai sorore, ad regni

ſucceſſionem, initis cum Saxoniæ Duce eo
tis quoad ſucceſſionem pactis, collocatáq; fil
Guilielmi Saxonis filio, vocatus fuit: qui fi
Ludoicum Regem Bohemię & Hungarię c
ronari fecit; renouato priuilegio, vt eo m
riente Anna ſoror Ferdinando primo nup
in regnum ſuccederet. Cæſo dein Ludoic
Solimanno Turcorum tyranno anno 1
Anna & per hanc maritus Ferdinandus p
mus ex Auguſtâ domo Auſtriæ, admit
etiam iure antiqui pacti reciprocæ ſucce
nis, ſucceſſit; cui dein filius Maximilia
ſecundus, & nepotes ex filio Rudolph
Mathias & Ferdinandus ſecundus, ex al
Ferdinandi primi filio nempe Carolo gen
Ferdinandus tertius filius & demum nep
Ferdinandus quartus, & frater Leopol
nunc Imperator Auguſtus ſucceſſerunt.
de manifeſtè liquet, quàm vanus fuerit
textus nonnullorum Bohemiæ Ordinum
auſpicatò Electorem Palatinum noſtro
culo eligentium, aſſerendo Regnum B
miæ eſſe electiuum: quod tum demum
nebat, vbi nullus ex ſtirpe regiâ neque

culus neque femina erant superstites. Quod non vulgare est priuilegium : nam reliqui Imperij Principatus extinctâ Principum prosapiâ iure feudali ad Imperatorem recidunt, & pro eius arbitrio conferri possunt: at regno Bohemię indulgetur, vt deficiente quamuis Regio sanguine, eligere possit Regem idoneum ex quauis familiâ, eumque Cæsar confirmare debeat cessante legitimo impedimento. Et licet in prædictorum Regum successionibus verbo Electionis Bohemi passim sint vsi, non tamen protinus inde sequitur veram & propriam fuisse electionem : cùm mariti per ius coniugis & ex iure antiqui pacti reciprocæ successionis, ad Regnum peruenerint : & Reges iuri successionis ideo dumtaxat electionem adiunxerunt, vt non coniugum, sed suo nomine Regni clauum moderarentur : fuitque consensus ille in electione nihil aliud, nisi sigillum quoddam aut confirmatio naturalis prærogatiuæ, quæ legitimis Regibus debetur. Enimuero Augustæ Domus Austriacæ iura luculenter satis comprobauit memorabilis illa in Albo-

monte, Dei benignitate & Cæsarei Bau-
ciáque exercitus insigni robore, contra se-
cem hostem obtenta victoria, quâ sedati tu-
bulenti in Bohemiæ Regno motus, omn-
áque demum consilijs mitioribus tranq-
lata.

Regnum etiam Hungariæ per præfat-
Annam, Ludoici Hungariæ & Boher-
Regis à Turcis cœsi sororem, Ferdinan-
primo nuptam, vnicam heredem, suffrage-
te iure pacti reciprocæ successionis inter-
tramque familiam, ad Augustam dom-
Austriacam est translatum: & vt Ferdinand-
dein proniùs Stephanum, Ioannis Sepus-
Turcâ declarati Regis filium, & matrem
bellam ad cedendas prouincias moueret;
sum fuit ei filiam Ioannam cum dote c-
tum millium aureorum collocare. Hoc
cto inducta mater Isabella coronam, sc-
trum & ensem, Regni insignia, Ferdin-
Legatis in manum dedit. Quamuis au-
olim Aragonenses Petronillam, Ramiri
gis filiam & heredem, Remundo Com-
Barcinonensi collocârint: id non tam

&

ctum causa iungendi Regno dictum Comitatum, quàm ne nuberet filio Regis Castellæ, eaque ratione Aragonia Castellæ iungeretur, à quâ vnione Aragonenses vsque ad tempora Ferdinandi Catholici semper abhorruerunt. Et Nauarræ Regnum quos procos non habuit? Elisabetha Regina Catholica egit per oratores, vt Catharina, post mortem fratris Phœbi Nauarræ heres, nuberet Ioanni filio Principi Hispaniarum: sed frustra. Impediuit enim mater Catharinæ Magdalena Galla, filia Caroli VIII, quæ suasit, vt Ioanni Labreto nuberet. Et post occupatam à Rege Catholico Ferdinando Nauarram, Carolus quintus filio Philippo consilium dedit, vt matrimonium cum Ioannâ Henrici Labretani filiâ, vnicâ herede Nauarræ, contraheret, eoque pacto honestiori titulo Castellæ Regnis iuncta censeretur. Sed sponsam tulit Regni heredem Antonius Borbonius, Dux Vendomæ: qui dein in filium Henricum, post Galliæ Regem eius nominis quartum & successores eius Regni iura, si quæ salua manserunt, transmisit. Domus

etiam Sabaudiæ Ducum ius, quod in Regnum Cypri prætendit, nacta est per coniugium Carlottæ, vnicæ Ioannis Cypri Regis filiæ & heredis Regni, quæ nupta fuit Ludoico Sabaudi filio secundo genito.

Nec solùm ditionibus, sed etiam augendo familię splendori matrimonia conducunt. Sic enim Barnabas, Mediolani quondam cum fratre Galeacio secundo Princeps, ad stirpem suam illustrandam, filias, quas plurimas habuit, primis Europæ Principibus collocauit: Verdam Leopoldo Austriæ Duci Thadeam Stephano, Magdalenam Friderico Bauariæ ac Vindelicorum Principibus, Antoniam & Anglesam Conrado & Friderico VVirtenbergæ Sueuiæque Ducibus, Agnetem Francisco Gonzagæ, Valentinam Edmundo Cypri Regi, & demum Luciam Edmundo Regis Angliæ filio coniugem dedit, vt etiam trans mare affinitatem stirpique famam conciliaret. Philippus Maria, primus Insubriæ ex Vice-Comitum familia Dominus, vt stirpem suam illustraret per emptâ Beatrice specie commissi adulterij,

re vera eius ob familiæ seu conditionis tenuitatem pertæsus, & vmbram quasi corpore minorem se hactenus prensasse ratus; dein coniugem duxit Mariam filiam Amadei Sabaudi, illustrissimis ortam natalibus: quam vt faciliùs obtineret, etiam gratias Hymenæo peramicas in negotij partem adsciuit; non tamen effœtæ & ieiunæ comitatis, sed prægnantes & grauidas, quæ magnâ commendationis vi, apud manus præsertim oculatas, pollent; earumque suasu, ad Sabaudi animum sibi deuinciendum & à Venetorum amicitiâ abstrahendum, satiùs putans dotem dare quàm accipere, Vercellarum vrbem, Mediolanensis tum Ducatus membrum, ei dono dedit. Superiori etiam sæculo Christianus eius nominis secundus, Rex Daniæ Sueciæ & Noruegiæ, coniugem duxit Isabellam filiam Philippi I Regis Hispaniarum, sororem Caroli V Cæsaris, vt Austriacâ affinitate maiorem sanguini Oldenburgico claritatem insereret. Magni quoque Hetruriæ Duces filias suas nunc Sereniſſimis Austriæ Archiducibus, nunc Regibus Christianiſſimis

mis

mis desponderunt: viciſſimque illorum filii ſorores aut agnatas duxerunt coniuges: quo pacto creſcentis domus amplitudo non mo dica ſenſit incrementa. Et Octauius Farne ſius duxit Margaritam, filiam Caroli V im turalem: Alexander Mariam Luſitanam; Ip lius Mediceam; & demum Rainucius, qui hodie Dux eſt Parmenſis, Sabaudam: Iulius nus Mediceus, Leonis decimi frater, coniu gem duxit Philibertam, ſororem Caroli Sa baudi & matris Franciſci primi Regis Gal liæ, cui pro dote fuit ſanguinis claritas. Ma tuana etiam Domus nobiliſſimis coniugi illuſtrata, Aldæ Eſtenſis cum Ludoico pri mo; Barbaræ Brandenburgenſis cum Fride rico primo; Iſabellæ Eſtenſis cum Franciſco ſecundo; Catharinæ Auſtriacæ, filiæ & ſoro ris Cęſareæ, cum Franciſco tertio: Leonor Auſtriacæ eiuſdem ſororis cum Guilielmo qui filiarum vnam Ferdinando Auſtriæ Ar chiduci, alteram Alphonſo ſecundo Ferra riæ Duci collocauit. Et duæ filiæ Duc Vincentij & Eleonoræ Mediceæ, collocat fuerunt Duci Lotharingiæ & Cæſari Fer

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nando ſecundo: ac demum Eleonora Mantuana nupſit Ferdinando tertio Rom. Imperatori. Guiſiorum item Ducum familia, etſi in Lotharingis illuſtriſſima, in Galliâ per Mariam Guiſiam Iacobo V Stuardo Scotiæ Regi nuptam eſt illuſtrata; & magis, quando filia ex eo coniugio nata Maria Stuarda Franciſco Galliæ Delphino, poſt Regi, fuit collocata; quam tamen fruſtra, defuncto Franciſco, Ludoico Condæo æmulo ſuo, ad ſtabiliendam & ampliandam potentiam ſuam, dein Guiſij iungere conati, ductâ Aurelianâ Longouillani Ducis ſorore. Princeps etiam Auraicus Domum ſuam illuſtrauit connubio Mariæ, primogenitæ filiæ Caroli Angliæ Regis cum filio Guilielmo; ægrè licet ferente Ludoico XIII Rege Galliæ, & domum Auraici ſponsâ ex filiâ Regiæ Domus Galliæ natâ haud dignam aſſerente; non perpendens Naſſouicę ſtirpis celſitudinem, & Auraicos Principes Electoralium Saxonię & Palatinæ Domuum, quæ regijs haud minores, imo & ipſiuſmet Regiæ Borbonicę ſtirpis affinitatibus decoratos fuiſſe. Et idcirco

Principum æquè illustrium nunquam alt
alterius familiam, licet adprimè sibi inim
cam, funditus extirpare conatur, quantu
uis in manu eius sit æmuli salus aut ruin
nisi forte odij affectus vtili prędominan
ne dum eam conuellit, sibi domuique fa
adimat occasionem adsciscendi coniugem
tam illustri familiâ oriundam; aut filias eq
natasque suas alteri nuptum collocando, f
splendorem Domus conseruandi; præ
quàm quod ipsiusmet etiam stirpis interi
ex generosissimis vtrimque parentibus lib
ros generari: fortes enim creantur for
bus,

*Nec imbellem feroces*
*Progenerant aquilæ columbam.*

Cuius rei non solùm Romanis, verùm etia
Barbaris summam fuisse curam argume
est Thalestris Amazonum Regina: quæ
tam cupidine visendi, quàm amplexan
liberosque ex Alexandro Magno, tanqu
Heroum generosissimo, suscipiendi, finib
Regni sui egressa, eum inuisit, eique cor
mentem suam denudare haud dubitauit
mir

mirum ad amplexandum Regem veniſſe, dignam ex quâ ipſe regni generaret heredes: feminini ſexus ſe retenturam, marem reddituram patri; enixè petendo ne ſe irritam ſpei relinqueret. Alexander, licet perparum ad Thaleſtris amplexum accenderetur, tam blandis tamen feminę precibus reluctari haud æquum ratus, tredecim Veneri dies in obſequium efflagitati deſiderij indulſit: Regina dein in Regnum ſuum reuerſa, impensè duplici fructu lætata eſt: nempe ſpe ſuſcipiendæ ex Alexandro prolis, armiſque tam libidinoſi dominantis molli Veneris ancili à regno ſuo auerſis.

Sanè qui regni electiui coronâ ſtirpem ſuam inſignire ſtudet, cautè faciet, ſi filio aut ſibi coniugem iungat Regis filiam; & in Procerum gratiam, penes quos ius eſt eligendi, quo poteſt obſequij genere ſe inſinuet: ſic enim fiet, vt ipſe aut filius ſpem adipiſcendi ſceptrum habere poſſit, dum ſpecie affinitatis propius eidem admouetur; hac enim maritali dignitate, vti præſidio fultus in regium velut thalamum eleuatur: quâ arte

opinor Octauiam Claudij Imperatoris filiam Neroni, ita rem Agrippinâ moderante, ... sponsam, tanquam maiora patefacturum, ... licet aditũ ad Imperium. Et ideò haud inter... pestiuè Tiberius Agrippinam Germanici ... duam, feminam potentiæ auidissimam ... matrimonium principale animo machinan... tem, apprehensâ manu increpuit, aiens, *non dominaris filiola, iniuriam te accepisse ... stimas.* Quippe cùm ea dein animi sensa pa... dens, maritum peteret; Tiberius, non ign... rus quantum ex dominatione pateretur, ... lentio rem transmisit, ne offensæ aut mo... indicia præberet: verebatur enim ab eâ, ... minationis quàm mariti auidiore, sponsi... amore illectum iri, pactoque matrimo... vinciendum eum in finem, vt res nouas ... uersus Principatum moliretur, Imperij ... coronam capiti suo adimeret.

Et quamuis in regnis electiuis via ad ... minationem per matrimonium penetra... licita honestaque sit, in hereditarijs tamen ... via coronam ambire, legitimoque heredi... successionis præripere, flagitio haud ca...

cui & euentus passim luctuosus respondere solet. Exemplum perquam luculentum fuit Stilico, magni at perfidi vir animi: qui cùm tutelam Honorij gessisset, ad quem Imperium Occidentis (quod eâ tempestate magis successionis, quàm electionis iure deferebatur) ex diuisione cum fratre Arcadio peruenerat, filiam illi despondit, vt stirpem suam Principis domui inserens, Imperio ad Eucharium filium rapiendo, principali etiam coronâ insigniret. Sed in præmium tam nefandi consilij ab Honorio imperij hostis vnà cum filio declaratus est, & vtriusque cæde iusto dolori parentatum. Vladislaus tertius Iagello Rex Poloniæ, dum ab Hungaris accersitus vero regni heredi Ladislao, Alberti Regis filio tum puero, regnum Hungariæ eripere anniteretur, destinatâ in coniugem Alberti Viduâ; in prælio apud Varnam Bulgariæ oppidum à Turcis cœsus est. Etiam Ioannes Dudleius Northumbriæ Dux propriâ ambitione per cerebrum pinnâ suâ, quasi turturem, se suosque confecit. Is sororis Henrici octaui Mariæ (quæ primum Ludoico XII

Galliæ Regi, dein Carolo Brandono nupt
fuerat) proneptem Ianam, ex filiâ Franc
scâ Brandonâ & Henrico Greio Dorcestr
Marchione Suffolciæque Duce natam, fi
suo Gilfordo matrimonio iunxit, hoc con
lio, vt Mariam Henrici octaui filiam, obt
solutum cum Catharinâ matre coniugi
illegitimam pronuntiaret, eiq; Ianam in su
cessionis Regni iure præferret. Et cùm Hen
cus testamento Mariam, vti legitimam filia
post Eduardum Regni heredem declarat
(quippe memor se, non tam iure, quàm i
sano Annæ Bolenæ amore flagrantem, C
tharinam coniugem, Ferdinandi & Isabe
Regum Catholicorum filiam, repudiasse;
matrimonij bonâ fide contracti, etiamsi
stea vt illegitimum dirimatur, eam vim
vt liberi ex eo suscepti pro legitimis habe
tur) Dudleus procurato primum suppli
Eduardi Somersetensis Ducis Regis auun
li, specie ambiti regni; dein adolescentil
gi Eduardo lentum præberi fecit venenu
quo paulatim velut tabe absumptus in tu
mento à se condito, aut veriùs a Dudleo s
pos

posito nominatim, exheredatâ Mariâ sorore tanquam illegitimâ, Ianam Regni heredem instituit. Hoc astu ineundæ Dominationi fulcro locato, Eduardus vi morbi obijt, aut fortè à parricidis, in quorum manu erat, suffocatus est, annuo die, quo pater Thomam Morum, illustre Britanniæ decus, ante complures annos securi iusserat feriri: quasi tanti viri neci morte Regij filij parentaretur: mox Iana Dudlei iussu Regina proclamatur, licet ipsa animo infelicem successum præsagiente, primùm reniteretur; imperiosæ tamen vitrici & matris ambitioni morem gerens, tandem assensa. Ingredienti Londinum Vrbis claues, velut traditi Regni pignus, præsente Senatu oblatæ, frequenti populo magis ob rei nouitatem quàm gratulationem excito, ne sibi ipsi coronatis foribus pro Reginâ tyrannum induceret: Maria vbi machinamenta Dudlei resciuit, inprimis incolumitati suæ consulendum rata, in Norfolciensem ditionem properè abijt, & quacumque transibat Reginam se præbens, populum humanitate & alloquio conciliat: dein firmato

animo

animo Regni proceribus per literas mandat
vt ad se tanquam veram Regni heredem v
niant, & consuetum obsequium præste
iam quippe vniuersam fermè Angliam legi
mam se Reginam agnoscere & venerari, L
ctis in consilio litteris, Dudleus Ianæ prä
dium in armis fore ratus, quippe

*Quod ciuibus tenere te inuitis scias,*
*Strictus tuetur ensis.*

præmisso Cantabrigiam Varuicensi Comi
filio primogenito, mox ipse cum aliquot p
ditum equitumque millibus, pluribus etia
tormentis instructus, subsequitur. Interi
eo Londino absente & nudatâ præsidio V
be, Henricus Arondelius, excelsi animi h
ros, tam luculentâ in consilio oratione r
fanda Dudlei cœpta perstrinxit, & imm
nentia inde toti regno omniumque pene c
uicibus mala ostendit; vt mox, assentie
generoso animo Pembrucij Comite, &
singulare certamen prouocante quicum
Ianæ partes tueri tentaret, ceteri omn
Arondelij sententiam descenderint, & c
festim Mariam solenni decreto Regi
omnis proc

proclamari iusserint. Quod cùm à Senatu Contabrigiam Dudlæo nunciaretur, ipse velut animi æger, dolorem tamen callidè premens, mutato velut consilio, sponte decreto, quod ampliùs impedire non posset, adstipulans, serâ at inani simulatione publicæ lætitiæ signa dedit, Mariamque salutari Reginâ iubet, decemdio postquàm Ianam Londini Reginam inaugurari fecerat. Ita priusquàm armis Maria Dudleum debellaret, iam Comes Arondelius ambitiosum absentis animum consilio debellârat; adeo vt victoria prorsùs ciuili sine sanguine penes Mariam steterit, quæ dein à Prætorianis Dudleum vnà cum filijs capi, & Londinum, vnde paulò ante triumphantis in morem egressus, duci imperat; vbi summo fortunæ ludibrio, ab indomito passim populo conuicijs probrisque laceratus, lapidibus foret obrutus; nisi Arondelius, vt manum plebs abstineret, imperasset. Tandem VVestmonasterium deductus, latâ sententiâ criminis læsæ Maiestatis reus damnatur, solo eligendi supplicij ei arbitrio facto. Ianæ autem, tanquam imbelli

sexui, & quæ non tam sua, quam vitrici
superbæ matris ambitione peccauerat, hac
nus Maria parcebat: & omninò gratiam
licti feciſſet, niſi renouatâ coniuratione,
tris Suffolciæ Ducis propinquorumque
ſtructâ, ſoporatus dolor recruduiſſet. Qu
cùm non ampliùs Mariæ in manu eſſet
niuere, ne ipſa ſuum velut ſanguinem
ratæ factioni largiretur; operę pretium
ſtimauit ius Imperij Ianæ morte ſanciri.
inde publico Senatus decreto capitis dam
ta, dein pridie Idus Februarias anni M. D.
ad ſupplicium ducta inſigni animi conſ
tiâ, quaſi alieni flagitij pœnas penderet,
ſibi comam diſſoluens, lacteam ceruice
ctori feriendam præbuit; & regni purpu
quam incruentam induerat, cruentam
ſuit. Eadem ſors maritum Gilfortium D
lei filium, & demum IX. Kalend. M
Henricum Greium Suffolciæ Ducem
Patrem excepit. Quo pacto tranquil
partâ, Hiſpaniarum Princeps Philipp
Angliâ coniugium, cum Mariâ per inter
tios initum, conſummauit.

A

Atque ob hæc inuadendæ dominationis pernicioſiſſima conſilia pleræque affinitates, tutelæ, aliæque neceſſitudines Principibus aut Regni Ordinibus meritò ſuſpectæ eſſe ſolent, præſertim ſi tutores matrem pupilli in matrimonium accipiant, & hoc nexu velut caſſibus ad irretiendam Coronæ prædam vti nituntur. Idcirco Macedones Antigonum, Philippi Regis tutorem, affectati Regni ſuſpectum habere, & armatâ manu eius conſilia reprimere cœperunt. Nec aliâ quàm matrimonij & tutelæ ſpecie Gothofredus Martellus, Andium Turonumque Comes, profligato Guilielmo Aquitaniæ Duce, cuius erat beneficiarius, eoque ſqualore carceris enecto; à ſe facti inuidiam amoliri ſtatuit: quippe defuncti nouercam ducendo coniugem, ſe ſuperſtitum Guilielmi fratrum tutorem conſtituit: ijſque in poteſtatem redactis, ipſam dein Aquitaniam ſibi in præſens firmauit. Quamuis non ignorem ſummam affinium tutorum integritatem fidemque ſæpenumerò inania ſuſpicionum velamenta detexiſſe, vti accidit in Baldoino Flandriæ Co-

mite integerrimo viro. Is enim cum Hen
cus I Galliæ Rex ei impuberum filiorum
telam demandasset, quod soror Regis ei
trimonio iuncta esset, suspectus habebat
Vasconibus, timentibus ne specie tutelæ
gnum ambiret: quam suspicionem, posti
ministratam integerrimè tutelam, gene
clusit, dum Philippo primo, adeptâ iam
bertate, pari fide, quâ regni moderation
susceperat, eam restituit: vt omnes cer
rent, quantò magis boni pietatis iura, qu
iniquam potentiam dominatumq; æstim
Attamen cùm natura passim in malum
pronior, præsertim deuorato semel au
illo dominationis hamo, vt facilè virtuti
nea transeatur; haud temerè Principes
solùm tutelam affinitati innexam, sed
quamuis talium amicitiam, qui specie
cessitudinis possunt dominationi insidias
liri, suspectam habent; quidquid etiam
mulent. Facetè Ludoicus vndecimus Ga
Rex cum Eduardo Angliæ Rege egit in
stremo congressu, ioco dicens: Si Lute
veneris, iucundè ages cum eius vrbis

simis feminis : sed reuerà longè diuersum sentiens, verebatur ne Eduardus, conspicui oris Princeps, Lutetiam accederet, & illic bellatulæ cuiusdam formâ caperetur pedemque sisteret. Non enim poterat ei cum Eduardo esse firma cis mare amicitia, multò minùs Lutetiæ in regni metropoli, vbi facili negotio serendis factionibus, adiutrice Venere, materia præberi potuisset.

Ob parem ferè caussam eæ Carolum octauum Galliarum Regem tenuerunt intemperiæ, vt sibi haud vitio verterit eripere Maximiliano primo Romanorum Regi Annam, vnicam Francisci Ducis Britanniæ defuncti filiam, Ducatus in Armoricis heredem, iam ei per internuncium desponsam : ne scilicet tam potentem in Galliâ haberet Ducem, qui hac matrimonij viâ coronæ insidiari posset: eamque, quod fuit indignissimum, repudiatâ sponsâ Margaritâ eiusdem Maximiliani filiâ, sibimet in matrimonium collocauit: frementibus Britannis, qui nolentes Ducatum regno vniri, Ducem non nisi proprium expetebant. Enimuero videbant nihil aliud his

nuptijs quæri nisi vt ditionis libertas inter
Dominantis manus strangularetur. Defuncto
Carolo, tam suauis palato successoris Lu-
doici duodecimi visa est Britannia, vt Maxi-
miliani velut nomine par pari referens, Joan-
nam Caroli sororem, quâ cum pluribus annis
quamuis inuitus vixerat, velut deformem
sterilem, & minis soceri Ludoici vndecimi
ductam, repudiârit; & Annam viduam Bri-
tanniæ heredem sibi coniugem adsciuerit.
Cuius dein occasione nonnunquam iocatus
est Maximilianus, addens fatale esse, vt quæ
somnient Aureliorum Duces, id facti Reges
consequantur: nam Ludoicus Aurelianensis
Dux, antequàm Regno potiretur, adprimè
Annam amârat, eamque procire sueuerat;
deinde iustis cautionibus prouiderat, vt ma-
trimonium cum Joannâ dissolui posset; quip-
pe ipso nuptiarum die protestatus ante lec-
bam publicum se non contrahere matrimo-
nium: solennitatem, quæ celebrabatur, fo-
lùm fieri vt Regi obsequeretur, qui impera-
bat; & obniti eius voluntati esse periculo-
sum: irritatum iri in se iram & impotentia

Dom-

Dominantis animũ. Erat enim Ludoicus vndecimus, vt de eo in Galliâ passim iactabatur, prauus filius, prauus pater, prauus socer, prauus maritus, prauus gener, & prauus frater. Prętereà cùm adigeretur Ioannę concumbere, adhibuit testes secretos, qui testari possent eam non cognitam. Quibus rationibus motus Alexander sextus, matrimonium nullum declarauit. Britones tamen cupidi proprij Ducis aliquando recipiendi, pacti sunt, vt si maior natu ex eo matrimonio Galliæ Regnum adipisceretur, ad secundum Ducatus ille transiret. Sed natis tantùm ex Ludoico feminis, maiorem natu Claudiam duxit Franciscus Engolismensium Comes Coronæ heres: & quamuis ex eo nati sint filij, Ducatus Regno mansit vnitus, & præfati pacti nulla est habita ratio.

Ceterum non infimæ est prudentiæ, si nouus Princeps, adeptâ iam Regni possessione, prædecessoris filiam, sororem aut viduam, non superstite filiâ, ducat coniugem: sic enim Principatus non tam in aliam translatus familiam, quàm in eâdem mansisse censebitur.

sebitur. Proinde illibatâ velut pristinâ Regi maiestate, maiori cum auctoritate & firmamento regnabit, blandioriqúe lenimento eorum sanabit animos, qui prædecessorum partes propugnabant. Quo nixus consilio Otto IV Cæsar, Henrici Leonis filius, Philippi Sueui in Imperio æmuli à Comite Palatino perempti filiam duxit coniugem, propter bonum pacis & concordiæ. Henricus Ricemontensis, Lancastriæ familiæ promus, cùm ab eiusdem factionis assecl[is] regnum Angliæ euectus esset, sublatis aduersarijs, quorum hostilitatem aut priua[tam] odia aliâ viâ compescere non poterat, Eduardi quarti, penultimi ex Eboracensi famil[ia] Angliæ Regis, filiam Elisabetham coniugem duxit: vt in liberis ex eâ natis vtriusque familiæ Lancastriæ & Eboracensis iura ad Coronam coalescerent. Nato filio Henrico, dein Rege eius nominis octauo, perennem illum fomitem factionis Eboracensis & Lancastr[ensis] perpetuis odijs de Regno inter se contendentis, extinxit; sublato Eduardo, Georgij Clarentiæ Ducis filio, & vnico familiæ Ebor[acensis]

cens[is]

censis herede: & omnia vtriusque familiæ iura & insignia; rubram, quæ familiæ Eboracensis; albamque rosam, quæ familiæ Lancastriæ, in filium transtulit: vt eâ vnione dissentientes factiosorum animos vniret, Regnumque sibi filioque stabiliret. Hinc postmodùm Iacobus, pientissimæ Principis Mariæ Stuardæ filius, Scotiæ Rex, cùm in Regnum Angliæ succederet, monetam auream cudi iussit cum hoc symbolo: *Henricus Rosas: Regna Iacobus*, subaudi, iunxit. Et Gustauus Erichsonius, Baro Suecus, Gustaui Adolphi Sueciæ Regis auus, cùm (post detestandam à Christiano II Daniæ & Sueciæ Rege, in Patre Erico & ceteris regni proceribus perpetratam Holmiæ lanienam, profugus & exul, ac demum Lubecâ Hansiaticarum vrbium metropoli in Sueciam redux) ope Dalecarlorum Præfecturam Regni esset nactus; vt in eâ se stabiliret, gradumque ad Regnum sterneret, Stenonis, defuncti Sueciæ supremi Gubernatoris & velut Regis, filiam duxit coniugem; eoque pacto non dumtaxat Regni Præfecturam sibi firmauit, ve-

rùm etiam posteà Coronæ diademate citra Procerum inuidiam est insignitus. Quam præfatam Stenonis filiam rectiùs Fridericus Christiani patruus, Holsatiæ Dux & post eum Daniæ & Sueciæ prętensor Rex, Callundeburgi in Daniâ (quo eam cum Christinâ matre Christianus ex Suecià transportârat) custodia tenuisset, nec liberam abire siuisset aut eam cuipiam Daniæ Procerum collocasset : ne eius coniugij occasione, in Suecorum Regni recuperatio sibi à sponso, Coronæ simulo, difficilior redderetur. Et iam olim Principes hanc artem callebant ; quippe Lycus Thebanus, occupato Thebarum Regno, Megaram ad nuptias sollicitauit, teste Seneca in Hercule furente, vbi introducit Lycum dissserentem.

*alieno in loco*
*Haud stabile Regnum est : vna sed non*
*potest*
*Fundare vires, iunctâ regali face*
*Thalamisq; Megara.*

Et Darius, Cambyse Persarum Rege filio sine liberis extincto, cùm auspicio

nitus equi à se callidè procurati, ceteris Regni Coronam præripuisset; mox vt regiâ affinitate sibi eam firmaret, filiam Cyri, quæ Cambysis soror, in matrimonium duxit; vt Regnum non tam in extraneum translatum, quàm in familiam Cyri reuersum videretur: nouæ potentiæ dempturus inuidiam, si quod fortuna stirpi Cyri negasset, ipse daret; in regij thalami communionem eam recipiendo. Cumque Alexander magnus, inani ductus gloriâ, sine certi heredis nuncupatione decedens, tam amplum imperij corpus, velut noctuam auibus deplumandam, Procerum direptioni reliquisset: Perdiccas, cui annulum moriens tradiderat, vt potentiæ primatum sibi firmaret per stirpem defuncti Regis, Cleopatræ sororis Alexandri Magni matrimonium efflagitauit, non aspernante Olympiade eius matrè: quamquam dum binas eodem tempore vxores ambiret, neutram obtinuerit. Sed danda est eo casu opera Principibus, vt filiam, sororem aut viduam prædecessoris sibi amore & beneuolentiâ concilient: ita Christianus I, Theodori Comitis

Oldenburgici filius ex tribus natu minor, sed virtute & heroicis animi dotibus maior, cum mortuo sine liberis Christophoro III Dan & Sueciæ Rege, à Proceribus in Regem ele ctus esset, viduam Christophori Dorothea Ioannis Marchionis Brandenburgensis filia quæ subditis apprimè grata erat, duxit co iugem; vt noui Regni habenas capessens, hu pacto procerum ac subditorum beneuole tiam extraneus nanciscereturque neque nouas introducendo in Regno feminam, nou sumptibus Prouincias grauaret. Quippe Do rothea vidua pro dignitate alenda erat: ita que vnum eundemque & illa maritum prouinciæ Regem acceperunt. Et Ladislaus Casimiri Poloniæ Regis filius, mortuo Ma thiâ Coruino Hungariæ Rege, à Procerib in Regem vocatus, factâ spe coniugij Be trici Aragoniæ Coruini viduæ, Rex Vngar est coronatus. Et Stephanus Batorius Tra syluaniæ Princeps, cùm Poloniæ Rex ele declaratus, duxit in vxorem Annam, Sig mundi Augusti prædecessoris sui sorore Nequaquàm verò Principes vi dominatio

in sibi iungendis feminis regijs vtantur : nam haud dubiè malè sibi consulent. Improuidè sane Imperator Maximus, Valentiniano per speciem vindicandæ necis Aëtij Illustrissimi viri perempto, coniugem eius Eudoxiam summè reluctantem sibi thoro iunxit, vt eius maiestate prouinciarum militumque gratiam venaretur : quàm enim spei suæ falsus? Dum impensiùs aliorum quàm coniugis animum sibi conciliare studet, incallidus haud animaduertit quibus cum ingenijs conflictaretur, itaque prius perijt, quàm se perijsse sentiret. Quippe Eudoxia, altum premens animo dolorem, acerrimam ab eo prioris mariti suique vindictam sumere molita, absque morâ Gensericum Vandalorum Regem, vnà cum trecentorum penè millium exercitu, in Italiam acciuit; qui dominâ Vrbe, iam ante metu expugnatis ciuium animis, facili negotio occupatâ, Maximum trucidauit: trimestri postquàm per summum scelus Valentinianum imperio priuari iusserat.

Non parum etiam ad intestini belli semina

impedienda matrimonium conducit. Quid enim si geminæ forte sorores Regis filiæ matri in hereditarijs bonis succedant, non superstite filio; & earum altera Regi successor despondeatur? Satiùs erit alteram nuptu collocari extra fines Regni: vt arceatur intestinum bellum, quod à filijs ex Reginæ sorore natis cieri posset. Hi enim potentiâ paternâ freti, auitam sibi hereditatem integram vindicare, nec familię herciscundæ iudicio stare volent; in primis si hereditas in amplis consistat Prouincijs, quas in Regni corpus redigi expediat. Idcircò prudenter Renata Ludoici XII Galliæ Regis filia, cùm Claudia soror nupta esset Francisco primo Valesio, re suâ fore existimauit, vt potiùs extra Gallia Herculi Estensi Ferrariæ Ducis Alphonsi filio primogenito nuberet, quàm Galliæ Principi in Galliâ; ne post inter liberos, ex & Claudia natos, nomine Ducatus Britanniæ, (cuius quælibet pro semisse heres ex ex persona matris Annæ, vnicæ Francisci Britonum Ducis filiæ & heredis) domestica dissidia & cruentæ lites orirentur, quas

iura, sed armata manus decisura foret. Et olim Iulius Cæsar primis annis Pompeio filiam connubio iunxit, vt æmuli affectus mitigaret; & ipse duxit Calfurniam, Lucij Pisonis futuri Consulis filiam: exclamante Catone, Rempublicam nuptiarum lenocinio corrumpi.

Nec tantùm impediendis ciuilis belli feminibus matrimonium prodest; verùm etiam ad motas ciuiles turbas sopiendas virtutem suam exerit. Nam si alterutrius factionis caput prociat filiam Ducis partis contrariæ, interim tranquillandæ dissensionis spem præbebit: sed sponsâ obtentâ socerum confœderatis suspectum reddet, eoque pacto vires eius debilitabit. Ita sagaci consilio Martinus Turrianus, flagrante adhuc Mediolani ciuili bello, coniugem duxit filiam Pauli Soresini contrariæ factionis Ducis; quo hac ratione suspecto reddito, debilitatis rebellium viribus, sibi Principatum firmauit. Plurimùm etiam Mediceæ familiæ profuit Lucretiam, Ioannis Medicei Cardinalis post Papæ Leonis X sororem, nuptam fuisse Iacobo Saluiato

vrbis

vrbis Patricio, viro factioni aduersæ (nempe populari) pergrato : hic enim sensim uium animos sibi conciliauit, & dein Sode num Dictatorem perpetuum ægrè tulit, qu longè à popularis imperij formâ, quàm præseferebat, perpetuæ illius dominatio vis & auctoritas abiret : quò factum est, dein plurium nobilium animi paulatim in derinum commoti, nihil penè in Senatu i pensiùs agerent, quàm vt eius aduersarent consilijs ; crebrisque contradictionibus fringerent, quidquid ad potentiæ suæ stab mentum & Mediceæ familiæ perenne exili cautus senex meditaretur : ita demum, ob teratis pristinis dissensionibus, Medicea sti in vrbem recepta. Et Carolus nonus Gal Rex sororem Margaritam, tranquillandi gni caussâ, collocauit Nauarro sectario Principi : quamuis id consilium sanguino tæ nuptiæ Parisijs adornatæ valde labefac runt. Quin etiam matrimonia blandè m dentur eorum procerum conatibus, qui uersus Regni statum quidpiam moliun nam innupti tales, si matrimonio vinc

tur, ſpirans ante temeritatis aura ſubſidet, aut certè ſtationem mutabit: nunquam enim tantâ efferuntur temeritate ij, qui ſibi liberiſque metuere neceſſe habent. Ita mittitur ambitioni ſanguis ſine dolore: quod Henricus IV Galliarum Rex in Bironio, impotentis animi viro, incautè neglexit, & ægrę demum fortunæ ſaniora eſſe conſilia reipsâ deprehendit. Vt vt enim Bironius, ex Belgicâ legatione ad Archiducem Albertum redux, propoſitum à Rege matrimonium reijceret, & præſeferret procire filiam Dominæ de Luce; incumbebat Regi vrgere, vt ſine morâ conficeretur, nec proferendę indomitæ ambitioni tempus concedere. Tunc enim Bironius, occaſionem nactus alendi tractatum cum Sabaudiæ Duce (qui filiam natu minorem ei promiſerat, cum dote quingentorum millium aureorum; inſuperque curaturum, vt Hiſpaniarum Rex ei fide clientelari Burgundiæ Ducatum concederet) in prærupta abijt, & demùm ceruicem Gallicæ ſecuri ſubijcere adactus eſt: adeò, magnis imperijs nihil negligendum.

Et idcirco etiam rectè Principes caueant nequis subditorum illustrium cum quopiam alterius ditionis sine consensu suo matrimonium contrahat : sæpe enim inde vel pacis vel belli principia oriri solent , etiam in perniciem Maiestatis. Ita cùm Alphonsus secundus Rex Aragoniæ Mariæ Comitatum Bearnensem iure clientelari concederet; promisit Maria nulli se nupturam , nisi cum voluntate Regis. Et cautè Henricus tertius Castellæ Rex egit , cum Friderico Duce Beneuentano patruo suo, cui Rex Lusitanus Ioannes primus vxorem obtulerat Beatricem filiam naturalem : nam cùm prospiceret inde Regnorum Castellæ motus non sopitum sed potius auctum iri ; conatus est auertere Beneuentani animum à præfato matrimonio , offerens ei filiam Marchionis Villenæ cum quantitate dotis , quam obtulerat Lusitanus. Sed Beneuentano non persuasum : & respondit , sibi ob æmulos, se Regi suspectum & inuisum redderet opus esse quærere præsidia extra Castellam. Quæ pertinacia ipsi demum malè cessit:

ob motos dein tumultus carceri mancipatus, vitam finijt. Et perperàm Ioannes secundus Castellæ Rex consensit, vt filia Archithalassi Castellæ, quem vulgò Almirantem vocant, nuberet Regi Nauarræ æmulo suo: nec debuisset consentire, vt Beatrix Comitis Beneuenti filia nuberet Infanti Henrico: ijs enim affinitatibus stabiliti, Regem opprimebant, & velut captiuum tenebant.

Prudenter Rex Galliæ Philippus quartus, dictus Pulcher, impediuit matrimonium Philippæ, filiæ Guidonis, Flandriæ Comitis, beneficiarij sui: quam, sine præscitu & consensu Regis, desponderat Eduardo, filio primogenito Angliæ Regis, Guiennæ Ducis. Nam Guidonem Parisios accersiuit, gratum sibi fore dicens filiam suam lustricam (ab eius enim nomine Philippa vocabatur) antequam in Angliam abducatur videre. Quò postquàm ventum, Philippam detinuit vnà cum patre; caussans iniquè eum affinitatem cum Anglo, perpetuo Galliæ æmulo, contrahere, dato ei tam pretioso pignore. Guido demùm dimissus; at filia

lia beneplacito Regis collocanda in Regi
aulâ relicta est, vbi cœlebs diem obijt. C
ius loco Eduardus dein duxit Margarita
Philippi filiam ; & hinc illæ lachrymæ,
cruenta in Galliam arma. Nequaquàm en
expediebat iungere filiam primogenito Re
gis Angliæ: quippe is pedem in Galliâ ha
habens ob ducatum Guiennæ, lege Sali
susque deque habitâ, deficiente herede ma
culo, Galliam haud dubiè aggressurus era
vti, mortuo Carolo quarto, fecit Edua
dus III, Eduardi secundi & Margaritę filia
Et hinc etiam Valdemarus tertius Danię Re
appulsam tempestate in Daniam, sponsa
Aquini Sueciæ Regis filij Elisabetham, Ha
rici Comitis Holsatiæ sororem germana
detinuit, & filiam suam vnicam Marga
tam ei despondit: quæ dein tria Regna se
tentrionalia, nempe Daniam, Sueciam
Noruegiam vniuit, & coniunctionem pr
dictorum Regnorum fœdere, quod Proc
res iureiurando firmarunt, stabiliuit. Quan
uis enim Holsatiæ Comitatus Regni Dan
non subesset, tamen comiter Regis Maies

tem obseruabat ; ac proinde Valdemarus, absque præscitu & consensu suo, tam amplum contrahi coniugium haud fas arbitratus, idipsum impediuit. Rex Galliæ Ludoicus vndecimus veneno fertur sustulisse Nicolaum Calabriæ Ducem, quod Caroli Burgundi filiam ambiret, ac patris sui Ioannis auique Reineri Angium Ducis ditiones iungere laboraret Burgundiæ, magno Francorum incommodo. Imò & fratri Carolo Aquitaniæ Duci fatum accelerauit, ob Burgundi ambitam filiam ; & proxenetam Ludoicum Lutzenburgium, Fani D. Pauli Comitem, Galliæ Comestabilem, Parisijs Capite plecti iussit : quæ tamen bonos Principes imitari haud quaquam decet. Et hoc politico vsus prætextu Carolus octauus Galliæ Rex, nuptias Maximiliani cum Annâ Britanniæ herede, de quo supra, impediuit; quod nempe contractus matrimonialis sine consensu suo, vtpote Domini directi, initus esset. Dux etiam Burgundiæ Philippus Bonus ægerrimè tulit, Iacobam Bauaram, Hannonię, Hollandię, Zelandię & Frisiæ

heredem , auunculi sui Guilielmi Bauti
Hollandiæ & Hannoniæ Comitis filiam,
Ioanne Brabantiæ Duce , cui nupta er
diuertisse ; & haud expectatâ Pontificis
Iure matrimonij declaratione , in Ang
cum Gloceſtrio, fratre Regis Angliæ Hen
ci quinti,nuptias contraxisse. Quare Gloc
ſtrio , Hannoniam cum quinque millib
Anglorum inuadenti , se strenuè oppos
& duce Philippo , Ioannis Brabantiæ D
cis fratre , totâ Hannoniâ eiecit ; acdemu
initâ cum Iacobæ matre Margarita pac
pacto inito cauit , vt Iacoba nulli sine co
sensu suo nuberet. Declarato per Pont
cem Martinum quintum valido priore m
trimonio , Gloceſtrius aliam duxit in A
gliâ : & Iacoba elapsa Gandauensi custod
inito cum Vltraiectensibus , Traniſalanis
suæ factionis Hollandiæ oppidis fœdere,
uum Burgundo concitauit bellum : ac
mum secunda initâ pace & renouatâ
missione non nubendi sine eius consen
ruptâ promissi fide , nupsit nobili cuid
Belgæ Franciſco Borſellio ; quem Burg

dus captum Ripelmondanæ arci incluſit, ſparsâ famâ capite puniturum, quod beneficiarius cliens ſe impari matrimonio patronæ dominæque, ſine ſuo conſenſu, iungere eſſet auſus: eum tamen dein Iacobæ gratiâ, & à quo nihil timendum, dimiſit, relictis in alimenta portorijs & vectigalibus Hollandiæ, Zelandiæ, Friſiæ ac Hannoniæ; datoque titulo Comitis Oſteruantij in Hannoniâ, in ordinem Equitum aurei velleris adſciuit: adminiſtrationem autem prędictarum prouinciarum ſibi ſeruauit, in ijſque inauguratus eſt, tanquam proximus Iacobæ heres ex perſonâ matris ſuæ, ſororis Guilielmi Iacobæ patris. Parem ob cauſam Reſpublica Veneta ægrè tulit, Ferdinandum Neapolis Regem, clam tractare coniugium pro filio cum Catharinâ, Marci Cornelij Veneti Equitis filiâ, à marito Iacobo Luſignano Cypri Rege, poſthumo non extituro, ſupremis teſtamenti tabulis Regni herede declaratâ ſub Veneti ſenatûs curâ; qui eam, priuſquam Iacobo nuberet, ne priuata Regi nubere videretur, prius in filiam adoptârat:

rat. Quippe cùm defuncto Iacobo, ſub pro-
tectione & curâ Senatûs diademate potie-
tur, & per eam ad Rempublicam Venetam
Regnum peruenturum eſſet; rectè Senatus
captis ſecretis matrimonij proxenetis Re-
cio Marino & Triſtano, cauit, ne per con-
iugium ſpes Regni Reipublicæ eriperetur.

Sed perperàm Carolus ſextus Galliæ Re-
à factione Burgundicâ & Philippo Bon
vindictæ in Delphinum ob patrem Ioannem
trucidatum percupido, eò ſe inducit
paſſus, vt Henrico quinto Angliæ Regi
rem daret Catharinam filiam, dotiſque n
mine poſt mortem ſuam Franciæ Regnu
filio Delphino, propter Ioannis Burgundi
dem Montigeroli perpetratam exhered
Indè enim ſubſecutâ Caroli Regis mo
Angliæ Reges Francorum ſe Reges appe
runt: & cruenta belli fax contra Franc
accenſa, quâ plus trecenta hominum mi
conflagrârunt; donec tandem Burgund
cùm tot Francorum ſanguine parentas
eſſet, vtcumque placatus, poſt quinde
annorum bellum pacem Carolo ſeptim

olim Delphino, penè supplici est largitus; rectè secum perpendens, Carolum à patre specie exheredationis Regno priuari non potuisse, cùm de eo non potuerit testari; eò quòd Regnum Franciæ nec patrimonij nec hereditatis naturam obtineat, sed primogenito deferatur ex vi consuetudinis, non vt heredi, sed vt primogenito: & præuidebat per Anglos semetipsum suamque Domum à successione Regni, quam velut sanguinis Regij Princeps sperare poterat, excluſum iri. In pactis etiam dotalibus Isabellæ & Alberti Archiducis cautum fuit, vt liberi ex eo matrimonio procreati non collocarentur, nisi consensu Regis Hispaniæ aut successorum. Philibertus Emanuel Allobrogum Dux impediuit matrimonium, quod Colinius Galliæ Archithalassus mortuâ vxore desiderabat inire cum viduâ Antonij Baturnei, nobilissimæ & opulentæ familiæ herede in Sabaudia. Elisabetha Angliæ Regina securi percussit Thomam Houardum Norfolciæ Ducem, quòd ob tractatum cum Mariâ Stuardâ Scotâ, Angliæ post Elisabetham herede, carceri man-

cipatus, promiserat se inconsultâ Reginâ de matrimonio deinceps non cogitaturum; & fidei datæ immemor, rursus de eo inscià Reginâ tractârit. Superioribus etiam annis Duci Guisio, ducenti viduam Comitis Bossuij, relictâ sponsâ Principe Annâ Gonzagâ sine præscientiâ & consensu Regis Catholici, ad cuius Prouincias è Galliâ secessem adempta est pensio sexaginta millium ducatorum, & suprema partis exercitus Cæsaræ præfectura. Rex Galliæ Ludoicus decimus tertius magnâ etiam cum indignatione intulexit, fratrem Ducem Aurelianensem absque consensu suo duxisse Margaritam sororem Caroli Lotharingiæ Ducis: adeo vt conclusso omni intercessionum genere, etiam Summi Pontificis, dixerit se malle Regni turam facere, quàm coniugio consentiat existimans magnam dignitati Regiæ factam iniuriam & saluti status, quod heres presumptiuus Regni (quippe tum nondum filij erant nati filij) sine præscitu suo & à fratre dissidens extraque regnum degens, duxisset coniugem præfati Ducis sororem (

lis infensi. Idem etiam Galliæ Rex grauiter tulit Principem Auraicum, beneficiarium suum ratione Ducatus Auraici, vulgo Orange, pepigisse matrimonium pro filio Guilielmo cum Mariâ primogenitâ Regis Angliæ absque præscitu suo & voluntate: & idcirco Beureno, in Galliam misso ad edocendum Regem de concluso hoc matrimonio, noluit audientiam concedere. Et cum Franciscus Nicolaus Cardinalis Lotharingus, postquàm Dux Carolus frater ei in speciem Ducatum iam à Gallis occupatum cesserat, relictâ purpurâ clam duxisset coniugem Claudiam, Nicolaæ Caroli coniugis sororem (in quam Nicolaa ius in Lotharingiam, quod velut heredi Ducis Antonij patris sibi competere asserebat, renunciârat) non parùm mouit stomachum Regi Galliæ: quippe destinârat Francisco filiam Caroli Ducis Mantuæ coniugem, vt eum à factione Hispano-Austriacâ abstraheret: sed res facta infecta fieri nequijt, præsertim elapsis Nancæi è Gallorum manu coniugibus. Et Lotharingi matrimonium hoc accelerârunt, ne Galli, in quo-

rum manu erat Princeps Claudia, eam re
traneo Principi collocarent, eoque pac
adimerent Ducatum ſtirpi Lotharingic
improle Duce Carolo. Hinc etiam rectè m
net Septalius in ariſtocratiâ non permitti
bere, vt ciuis nobilitate ac diuitijs præcip
ſe coniungat per affinitates cum Princ
extero, inprimis ne vxorem ſibi adſci
regiâ aut principali familiâ prognatam. E
enim cùm ſit maxima mulierum ambi
ſemper coniux talis incitabit maritum,
priuatam exuat conditionem (idque præ
tim quando in amoribus coniugalibus er
dominiumque vrbis ſibi acquirat. Præte
monet non etiam concedendum, vt ci
quicumque ille ſit, ſiue imperantium
parentium, filiam Principi extraneo in
trimonium collocet; nam vel pater, per
nerum maior factus, nouitatem molie
aut magnę diuitiæ propter datam dotem
publicâ exibunt; vel princeps ille, pote
diuitijſque ſoceri adiutus, annitetur ad
publicæ illius dominium aſpirare. Cuius
emplum reliquit Ariſtoteles de Locrenſi

quo

quorum Respublica interijt ac tyrannidi Dionysij Iunioris Regis Siciliæ est subiecta, quòd primariam feminam Locrensem duxisset, admodum nobilem diuitemque: quâ affinitate subsidijsque inde acceptis Rempublicam inuadens, illam sibi subiecit.

At verò connubiorum communione integras gentes recenter victas aut rebellantes ad obsequium perducere, infirmi prorsus consilij esse arbitror. Nam licet Romani colonijs deducendis & inde secutis matrimonijs dissitas sæpè prouincias stabili sibi fide obstrinxisse videantur; non tam id affinitatibus, quàm armatæ manus potentiâ reor assecutos: hanc exteri formidabant: sin minùs, compertum, colonias sæpiùs euersas, quàm seruatas; non rarò factioni se immiscentibus ipsismet colonis: quippe, qui, velut nouellæ plantæ, facile in ingenium soli, à quo alebantur, immigrabant, & genitalis memoriam ponebant.

Testes sunt Campani, quos Romani non quidem colonijs, sed fœdere primùm, deinde connubio atque cognationibus, postre-

mò ciuitate ſibi coniunxerant : & tamen tempore aduerſo primi omnium Italiæ populorum, præſidio Romano fœdè interfecto ad Annibalem defecerunt. Deinde indignati ſe obſideri à Romanis vindictam minantibus Annibalem ad oppugnandam Romam miserunt. Et hinc Germaniæ populi, teſte Tacito, nullis aliarũ nationum connubijs infecti propria & ſincera & tantum ſui ſimilis gens ſemper exſtitit : quàm haud dubiè Romani Dominationum magiſtri mollioribus eiuſmodi telis aggreſſi fuiſſent, ſi euentum pro voto reſponſurum ſperaſſent : non irritata bellicoſiſſimâ gente armis, ex quâ modica etiam parta victoria tanto ſemper ijs ſanguine ſtetit, lancinato triumphi fructu. Nec moueor Alexandri Macedonis exemplo, qui ſub eodem tentorio centum Perſicis puellis totidemque Macedonibus procis ad epulum inuitatis, ipſe primùm frondeâ coronâ redimitus, Hymenæum tanquam Pœana victricis Veneris præcinendo, centum ſponſis centum illas nymphas matrimonio iunxit vnius ipſe ſponſus, ceterarum proxeneta

mul & patronus. Enimuerò idipſum quidem in ſpeciem conciliandorum inuicem animorum Regniąue ſtabiliendi, reuera autem explendæ libidinis cauſsâ fecit; minùs iam affectibus ſuis moderans inter blandimenta fortunæ, quæ facile incautos faſcinant. Quippe Alexander Perſiam domuerat, libido Alexandrum: quæ ne turpior in ſe vno conſpiceretur, in eam Proceres etiam ſuos illexit; ratus, communione flagitij per plures diſperſi, leuiorem vtique culpam fore. Idcircò etiam ex matrimonijs Caſtellanorum cum Aragonijs, Catalaunis Nauarris & Luſitanis, quæ Philippus ſecundus Hiſpaniæ Rex cautè procurabat, non ea animorum vnio eſt ſecuta, quam ſperauerat. Quanquam haud abs re fuerit, vt natio, cuius imperio alia extranea corona eſt annexa, velut Hiſpano Neapolitana, adnitatur filias opulentarũ ditionum heredes ſibi deſponſare: velut noſtro ſeculo prudenter Dux Medinæ de las Torres, Illuſtriſſimæ familiæ Guſmanæ decus, vnicam heredem Principatus Stiliani in Regno Neapolis duxit coniugem: ita enim

dum

dum inſeruntur Hiſpano ſanguini ditione
vna inſeritur magiſque ſtabilitur affectus e
ga Regnum.

Lubrico etiam conſilio Principes, ad d
merendum equeſtrem Ordinem, cogna
ſubditis nobilibuſque deſpondent: inde enim
acerrima aduersùm ſponſos odia naſci ſolen
dum ceteri vident ſibi ſanguine pares pra
ferri & principali cognatione decorari. Se
tius igitur fuerit aut nulli eas ſubditorum
collocare: aut tali, qui ceteris non dignita
tis gradu, ſed ſanguine præmineat. Ita enim
dum è paribus ijs nemo præfertur, æmula
tionum & odiorum ceſſat fomes. Quare ce
ſeo Stephanum Batorium Poloniæ Rege
parum prouidè neptem ſuam Griſeldam co
locaſſe Ioanni Zamuſchio magno Polonia
Cancellario: vt vt enim is ceteris amplitud
ne dignitatis & Regiæ amicitiæ præminer
ſanguine tamen impar erat: vnde vix cre
bile, quam turbulentam id coniugium
Equeſtri Ordine facem accenderit: cui
ſtinguendæ niſi heroica Regis virtus arm
tam admouiſſet manum, vniuerſum pe
Regn

Regnum conflagrâſſet.

Denique non eſt efficacior medicina ſanandi impotentes eorum affectus, qui fortunæ non ſanguinis beneficio in ſublimi dignitatum faſtigio collocati, deſiderant filios aut neptes nobiliſſimo inſerere ſanguini, quàm eorumdem votis annuere, matrimonijque copiam facere. His enim reluctari, & affinitatem quam ambiunt aſpernari, periculoſæ plenum opus eſt aleæ; & ſatius ancili Veneris auertere imminentia fulmina. Vti enim viro Principi diſpar matrimonium abſque grauiſſimâ causâ vitandum; ita promptè mos gerendus, quando ditionibus periculum imminet: tum enim ſanguis ſecuritati dominiorum poſthabendus. Itaque quamuis Alphonſus Calabriæ Dux, ſuperſtite adhuc Patre Rege Neapolis Ferdinando, Alexandro Sexto vnam natarum, quas extra connubium Dux ſuſceperat, Godofredo Borgiæ vxorem petenti primâ fronte uon annuerit, in dotali fundo impedimenta ſimulatè inijciendo, ne affinitatem detrectare videretur: tamen poſtquam ſe bello peti vidit, filiarum vnam præ-

fato Godofredo collocauit, dato ei dotis nomine Principatu Scillaceo. Et Alphonsus Estensis, primogenitus Ducis Ferrariæ antiquissimi in Italia Principis, haud dedignatus est ducere Lucretiam Borgiam, vt tranquillitati ditionum suarum consuleret, quibus iam Cæsaris Borgiæ flagrans ambitio inhiabat. Et nostro æuo vidimus Castellæ Comestabilem Velascum eò descendisse, vt filiam suam filio naturali Comitis Ducis Olivares Hispaniarum rerum arbitri collocari faceret; ne impotentem eius in se animum concitaret. Et Princeps Condæus, primus sanguinis in Gallià Princeps, filio suo primogenito Ludoico Duci Anguianensi filiam Marischalli de Bresse Vrbani de Maille, & Nicolaæ de Plessis secundogenitæ sororis Cardinalis Richelij, licet prænobilem, haud tamen Condæo parem, iungi passus est: meliori vtique consilio, quàm Ludoicus Borbonius Suessionum Dux, Principis Carignani frater germanus, qui ob præfractè & contumaciter negatum Richelio coniugium cum nepte viduâ Combaleta, magni illius Gallo-

rum

rum Purpurati iram in se prouocauit: cuius fulgure demum in prœlio Sedanensi lethaliter ictus, temerè magis quàm fortiter occubuit,

*Stolidæ cupidine palmæ,*
*— In sua fata ruens.*

Hi sunt potissimi matrimoniorum Principalium politici effectus, alijque nonnulli sed leuioris momenti, quibus porrò immorari haud operæ pretium censui. Ac ij quidem Principes solidissimam ex coniugijs vtilitatem capiunt, qui Diuinam & Humanam Domũ vniunt, & secundùm Gordiani Cæsaris rescriptum Cõiugem ducunt sociam Humanæ Rei & Diuinæ Domus. Tum enim perfectissima est symmetria. Religio ad inclytas coniugij virtutes corda accendit; cui velut Reginæ fasces submittũt,& dominantis solio circumfusæ eius imperia promptè exequuntur. Imperat Religio, obtemperat Coniugalis Amor: quippe Amor Religione, non Religio Amore conciliatur. Permagni autem interest, an Amor in Religionis, an Religio in Amoris obsequia concedat. Electi coniuges

Religioni ſeruiunt, Amori inſeruiunt: & rectorem hunc affectuum nôrunt, non dominum. Itaque iure merito primas habet Diuina Domus, & in eâ Religio vt Regina dominatur: ſecundas Humana, in quâ Amor, Conſtantia, Fides, domicilium figunt, & ipſaſmet coniugibus inſinuant. Haud enim ſibi bona vlla præterquàm in communi eſſe autumant: fructum non condunt, ſed promunt; vt vndequaque gratiſſimâ fragrantiâ ſpiret, eoque pacto Humanæ diuinæque Domus vnio æternùm inconcuſſa ſeruetur.

FINIS.

Collegii Soc. Jesu Paderborna 1594.